43 German, about 1400

146 leaves

1154 **EPISTOLAE** S. PAULI, cum glossi Lyrani. *Folio, morocco.*

This is a manuscript of the fourteenth century. The Epistles of St. Paul with Nic. de Lyra's Commentary.

From a rubric in the manuscript. It was written either during Lyra's life, or shortly after his death.

LIBRARY OF
Rev. John Wright.
No.



John Frederick Lewis

This manuscript was [illegible] written during
the lifetime of Nicolas de Lyra or shortly
thereafter. The paper has an early form of the
Bulls Head watermark.
Nicolas de Lyra died 23 October 1340.
Note the "Lyles" on the binding.

"Si Lyra non lyrasset, Lutherus non
saltasset".

If Lyra had not played, Luther had
not danced."

Hic incipit prologus in Epistolas pauli

Ecce descripsi
tibi eam tripliciter prouerbiorum 22°
Quod verbum de scriptore
descriptore dicitur. Epistola
pauli apostoli principaliter
consistit in cognitione domini
nostri ihesu christi pro redemptione
humani generis passi. unde
quod dicit .1. Cor. 2°. Non iudicaui me aliquid
scire inter vos nisi ihesum christum et hunc cru-
cifixum Hanc ergo scripturam descripsit triplici-
ter scilicet literis hebreis grecis et latinis sicut
prefiguratum fuit in descriptione tytuli crucis
qui scriptus fuit hebraice. grece et latine
ut habetur Ioh. 19°. Per hoc enim quod in tribus
linguis principalibus scriptus fuit hec descriptio
prefiguratum fuit. fidem christi per totum orbem
generaliter fore publicandam. Quod potissime
impletum fuit per doctrinam pauli apostoli et
scripturam. unde quod dicere potuit verbum prescriptum
Ecce descripsi tibi eam In quo notantur .4.or
cause huius doctrine scilicet efficiens. subiectiua. finalis
et formalis. Circa primum sciendum quod licet pau-
lus apostolus fuit scriptor doctrine huius. quod notatur
cum dicitur Ecce descripsi. hoc tamen fuit ministe-
rialiter. christus autem principaliter. unde quod dicit Gal. 1°.
Notum vobis facio euangelium quod euangelizatum
est a me quia non est secundum hominem neque enim
didici ab homine. sed per reuelationem ihesu christi
Et ideo quia christo reuelante et dictante
hanc doctrinam descripsit. congruenter dicere
potuit verbum Baruch quod habetur Ier. 36°.
Ex ore suo loquebatur ad me quasi legens et
hoc omnes sermones istos. et ego scribebam
in volumine atramento Baruch qui interpretatur
benedictus. figura fuit apostoli pauli qui consecutus
est misericordiam et benedictionem dei Ieremias vero
qui interpretatur excelsus dominum ihesum christum significat
quem deus pater exaltauit et dedit ei nomen
quod est super omne nomen. ut dicitur Phil. 2°. Et
ideo bene potuit dicere paulus apostolus de christo
Ex ore suo loquebatur ad me quasi legens et
libro distincte et apte in reuelando. Et
ego scribebam secundum eius reuelationem in vo-
lumine atramento Epistolas. id est suas saltem
aliquas. vel per aliqua earum parte manu
propria scripsit. unde in fine prime epistole ad Cor.
dicit Salutatio mea manu pauli. scilicet scripta
est hoc enim modo signabat epistolas suas
ne sub nomine eius epistole a falsis apostolis scripte
a fidelibus reciperentur. Circa secundum sciendum quod
sicut in philosophia naturali corpus mobile est subiectum
sub ratione absoluta. et in partibus libris sub
rationibus determinatis ut corpus mobile ad situm
in libro de celo et mundo et corpus mobile ad formam
in libro de generatione et corruptione Sic deus sub
ratione absoluta est subiectum in sacra scriptura
in partibus vero eius sub determinatis rationibus ut in
veteri testamento sub ratione creatoris et gubernatoris.
et in nouo sub ratione redemptoris. in generali
In epistolis vero pauli sub ratione magis determinata
scilicet sub ratione redemptoris per suam passionem ideo
dicit .1. Cor. 1°. Predicamus christum crucifixum iudeis
quidem scandalum. gentibus autem stultitiam. Ipsis
autem vocatis iudeis atque grecis filium dei christum virtutem
et dei sapientiam Hec autem doctrine paulo causa
subiecta tangitur cum dicitur. Eam De qua dici-
tur Act. 13°. Nos vobis annunciamus eam que ad
patres nostros repromissio facta est de christo pro salute
mundi passuro. Circa 3m quod causa finalis huius
libri et doctrine est utilitas huius scientie. que
notatur cum dicitur Tibi. id est ad utilitatem tuam quia
per hanc doctrinam intellectam et opere adim-
pletam habetur via gratie in presenti et glorie in futuro.
de quo potest exponi quod dicitur Prou. 3°. Precepta mea
cor tuum custodiat longitudinem enim dierum
et annos vite et pacem apponent tibi. Dicit
annos vite quantum ad vitam gratie. et longitudinem
dierum quantum ad vitam glorie que eternitatem
includit. apponit et pacem. appetitus
quietem qui de ratione finis ultimi est. quod quietare
solet appetitus Circa 4m scilicet causam formalem
considerandum quod duplex est forma doctrine scilicet forma
tractandi et forma tractatus forma tractandi est
modus agendi qui est hic apud physicos scilicet diffini-
tiuus diuisiuus et probatiuus Et hoc epistola mo-
uit eciam apostolus unde in epistola ad Hebr. fidem
diffinit dicens. fides est substantia rerum sperandarum argumentum
non apparentium. Et 1. Cor. 12°. Gratiam
diuidit dicens. Diuisiones autem gratiarum sunt
idem autem spiritus. Et subdit Alii quidem per
spiritum datur sermo sapientie. alii sermo scientie etc. Et
1. Cor. 15°. probat resurrectionem mortuorum futuram
sicut possibile est in tali materia. Et hec forma
tangitur cum dicitur. Tripliciter. de quo potest exponi
quod dicitur Eccl. 4°. funiculus triplex difficile
rumpitur Forma tractatus vero est diuisio doc-
trine Diuiditur autem doctrina pauli apostoli tota
in .3. partes secundum quod tribus precipuis gentibus scribit
Primo romanis qui precellebant alias gen-
tes in potentia. 2° grecis qui precellebant sapientia
3° hebreis qui precellebant in diuine legis
notitia Romanis autem scripsit unam

epistolam que primo exponit sic e prima r̃ᵒ
aliarum

Hic incipit Epistola beati Pauli apostoli et illuminati Doctoris . . . Sacre Theologie Ad Ro. Ca.ᵐ primum

In vigilia Nativitatis Domini

P Aulus vocatus apostolus hec epistola dividitur in 3ᵉˢ partes scilicet in salutacionem et narracionem et partem genus ergo et conclusionem. 16ᵒ c. i. Si autem qui potens est. prima adhuc dividitur in 3ᵉˢ partes quia primo describit personam salutantis 2ᵒ circa salutatam i. Omnibus qui sunt rome 3ᵒ bonum optatum i. Gracia vobis et pax. Prima adhuc in 3 quia primo ponit personam salutantem descripcio 2ᵒ ondit dei declarat ibi Quod ante promiserat. Personam vero salutantis primo describit ex nomine cum dicit Paulus. prius enim vocatus Saulus Act. 8ᵒ. Sed postea vocatus est paulus ad quidam eius notabili facto scilicet a conversione pauli proconsulis Act. 13ᵒ. Sic Jacob vocatus fuit israel ex eo quod vidit deum vel potius ex eo quod luctatus fuit cum angelo ut dicitur fuit plenius Gen. 32ᵒ. Et Symon vocatus est petrus ex confessione domini ut in Mt. 16. Secundo describit ex religione cum dicit Servus ihesu xpisti i. verus famulus. 3ᵒ ex officio dignitate cum dicit vocatus apostolus. Et quia apostolatus est excellencior ceteris statibus ad quem nullus ascendit recte nisi a deo vocatus ideo bene dicit vocatus apostolus scilicet a deo secundum illud Hebr. 5ᵒ. Nec quisquam assumit sibi honorem sed qui vocatur a deo tamquam aaron. Certo ex modo vocacionis sue cum dicit Segregatus in evangelium dei. Vocabitur enim spiritus sanctus fuit segregatus ad actum apostolorum aliorum discipulorum ad predicandum per orbem evangelium ut patet Act. 13ᵒ. Et tunc vocatus fuit ad apostolatum. Prius tamen vocatus fuit ad fidem Act. 9ᵒ. Quod ante promiserat. Hic ostendit descripcionem 2ᵐ i. Per quem accepimus. Primum autem est quia dixit Segregatus in evangelium dei. ideo declarat quale sit hoc evangelium i. dicitur bonum nuncium a deo prolatum testamenti veteris promissum. et ostendit cum dicit Quod ante promiserat. scilicet deus pater per prophetas suos in scripturis sanctis sicut patet Jere. 31ᵒ. Ecce dies venient dicit dominus et feriam domui israhel et domui iuda fedus novum non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum ut educerem eos de terra egipti sed hoc erit pactum quod feriam cum domo israhel. Et sequitur Dabo legem meam in visceribus eorum et in corde eorum scribam eam. Vocatur enim legem novam in evangelio

contentam non tradidit scriptam sed verbo suo et spiritu sancto de celo misso impressit illam cordibus apostolorum et aliorum discipulorum. Sed ipsi postea scripserunt eam ad memoriam futurorum. Ideo dicitur Osee 2ᵒ Consolamini consolamini populum meum dicit dominus deus vester loquimini ad cor ierusalem. Quia sicut dicitur est lex nova scripta fuit super homini corda. Secundo ondit quale sit evangelium istud ex subiecto cum subdit De filio suo quia verus est deus cum patre ab eterno et verus homo ex tempore ideo sequitur Qui factus est ei ex semine david secundum carnem. Non enim dei filius vel ipse xpistus potest dici factus absolute quia suppositum filii est eternum sicut et suppositum patris. potest tamen dici factus cum hac determinacione factus homo secundum carnem quia humana natura facta est et eius unio ad suppositum divinum et hoc in tempore. Qui predestinatus est filius dei in virtute i. in equalitate potencie cum deo patre. Predestinacio in intellectu sanctorum quia predestinacio est eterna dei ordinacio de agendis in tempore per graciam. Est enim preparacio gracie in presenti et glorie in futuro. Et quamquam impetrat concessionem predestinati filius autem in natura est coeternus patri et non potest dici predestinatus. Sed in humana natura posterior est preterque unita est divinitati in tempore et unio facta est ex dei ordinacione. Aliter enim aliud de novo accidit quod est impossibile. Et ex eius mera gracia que tradit sibi predestinacione divina Et ideo sic hec propositio Homo factus est deus vel filius dei est vera. Ita hec ex opposito secundum quod homo predestinatus est esse filius dei qui in natura divina equalis est patri in potencia. Secundum spiritum sanctificacionis Hoc refert ad illud quod premittitur Qui factus est ei ex semine david secundum carnem. Ne forte aliquis crederet quod descendisset de deo per virtutem generativam. Sic alias quod est filius quia de eo descendit secundum corporalem substanciam de virgine assumptam et virtute activam spiritus sancti fortem quo virgines suscitant et impregnavit. Ex resurrectione mortuorum Hoc refert ad illud quod predicitur Qui predestinatus est filius dei in virtute i. equalitate potencie ut dicitur est que apparuit maxime ex resurreccione mortuorum ad quam requiritur potencia infinita. Et quia fecit alios mortuos suscitari. Ihesu xpisti domini nostri i. ihesu xpisto domino meo. Ita quod ponitur i. ista per ablativo. Per quem accepimus apostolatum. Hic declarat secundum dictum scilicet qualis acceptus est ad apostolatum scilicet per ipsum xpistum qui est mediator dei et hominum et ideo dona sancti spiritus veniunt ad homines per ipsum xpistum. Dicitur est ut supra quod sic vocatus fuit per spiritum sanctum ex quo sequitur quod mediante xpisto apostolatus concessus fuit paulo ideo dicit Per quem accepimus graciam et apostolatum. Et incipit hic duo

Predestinatio

simil quia natura non deficit in necessariis sed in forma sensibili dedit potentias que sunt necessarie in operibus convenientibus ipsi forme et multo magis auctor nature non deficit in necessariis. patet quod concedens dignitatem apostolicam. scilicet dat gratiam ad exequendum convenienter officium primo et ad illam dignitatem vel suscipiens obitum sibi potest Ad obediendum fidei i. paratus sum tolerare exponere obsequio fidei in omnibus gentibus i. ut fides dilatetur in omnibus gentibus. pro nomine eius i. ad gloriam nominis christi. in quibus scilicet fidelibus et vos vocati estis ad fidem. ihesu christi i. a christo ihesu in quo est electi vocati. Omnibus hic ponit comprimit personas salutatas cum dicit omnibus qui sunt rome non generaliter sed fidelibus. Io scilicet dilectis dei i. a deo vocatis sanctis i. purgatis qui sunt sanctificati per baptismum. Gratia vobis hic componit optata bona que sunt bona simpliciter. patet quod absolute possunt optari aliis et sibi et hec sunt gratia in presenti Io dicit. Gratia vobis sit et gloria in futuro Io scilicet. et pax. Appetitus in hominis non potest totaliter quietari nisi in gloria A deo patre nostro qui est dator gratie et glorie et domino ihesu christo qui est verus deus cum ipso et sic dator gratie et glorie sicut et ipse Primum quidem hic ponit narrationem in qua complicat intentionem apostoli que est commendare gratiam dei per quam rome conversi fuerunt ad fidem aliqui iudei et aliqui gentiles ostendendo quod utrique ad salutem indigebant gratia dei quia sua acquisita non sufficiebat gentibus ad salutem nec observatio legis iudeis quod patet per hoc quod isti et illi prolapsi fuerant in horribilia vicia. patet quod egebat christi gratia per quam salvaret. et primo hic ostendit apostolus. 2o instruit eos in moribus etc. 12o. prima adhuc in duo quia primo inferret a romanis discordie materiam 2o inducit eos ad veram concordiam ut ibi etc. Materia vero discordie erat quia conversi de iudaismo preferebant se gentibus commosaice legis susceptione. et econverso gentiles iudeis de scientie acquisitione. patet quod primo ostendit eos scilicet esse gratia dei sine aliqua precedentia ante conversionem ad fidem christi. 2o post conversionem 2a incipit 3o c. circa medium ibi Quid igitur christo ostendit per hoc quod ante conversionem prolapsi sunt in prava vitia de quibus eos arguit sic prosequendo vel procedendo de via. primo ostendit se competenter moveri ad arguendum 2o prosequitur argumentationis actum ibi Revelatur enim. prima adhuc in duo quia primo ostendit se competenter moveri 2o reddit rationem sui dicti i. Desidero enim. primum autem fit duplex. primo enim ostendit se hic gratulationem ad eos gratias agendo de eorum bona inchoatione dicens

Primum quidem i. principaliter. gratias ago deo meo cui bonum hominis est principaliter attribuendum per ihesum christum. pro omnibus vobis quia fides vestra annunciatur in universo mundo. Civitas enim romana tunc toti mundo dominabat. patet quod de omnibus mundi partibus ibi veniebant nuncii qui bonam conversationem fidelium rome commorantium referebant in diversis partibus orbis. quod ad dilatationem fidei faciebant et ad dei gloriam amplius cedebat Testis enim mihi est deus. Hic 2o ostendit pro ipsis devote orando dicens. Testis enim mihi est deus scilicet cui orabat pro ipsis secrete patet quod de hoc teste non habebat nisi deum. Cui servio in spiritu meo in evangelio filii eius i. non in observantiis legalibus quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis. Non est per hoc intelligendum quod pro ipsis oraret continue sed quia quotienscumque orabat de ipsis memoriam habebat obsecrans i. per rem sacram deprecans ut oratio sit magis exaudibilis sicut per divinitatem christi et passionem eius. i. ut dicit. Si quo modo aliquando tandem prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos Et hoc forsitan fuit una causa appellationis sue ad cesarem Actuum 25. ut sic videret fideles rome conversos. Desidero hic ponit reddit rationem sui dicti scilicet quod desiderabat venire ad Romanos. et assignat adhuc duplicem rationem. Prima est ad augmentationem sui meriti et eorum gratiam per suam predicationem ut hoc quod dicit Desidero enim videre vos ut aliquid impertiar vobis gratie spiritualis i. predicationem meam devotiores efficiamini et sic in vobis augeatur gratia dei ad confirmandos vos in fide et bonis operibus i. simul consolari in vobis per eam que invicem est fidem vestram atque meam. quasi dicit per hoc habebimus invicem consolationem per fidem meam et vestram communem Et de dilatione sui adventus ostendit se excusat dicens. Nolo enim vos ignorare fratres (aut) quia sepe proposui venire ad vos et prohibitus sum usque adhuc ut aliquem fructum habeam in vobis sicut in ceteris gentibus. Grecis ac et barbaris hic assignat 2am rationem que est redditio debiti dicens. Grecis et barbaris i. hominibus ignote lingue. barbari sunt omnes preter iudeos grecos et latinos. Sapientibus i. instructis in lege et prophetis et insipientibus i. illiteratis hominibus. Debitor sum ad predicandum eis evangelium ex officio apostolatus. Ita quod in me promptum est. composite animi licet fuerim vel habeam impedimentum exequendi et vobis qui rome estis evangelizare i. evangelium predicare. Licet autem reddere debitum sit necessarium tamen apostolus non peccavit in hoc quod omnibus gentibus non predicavit. Quia redditio huius debiti cadit sub precepto affirmativo quod non obligat ad semper sed opportunitate habita quod apostolus fecit

Non enim hic assignat 3a causa quod honorabiliter
officii dicit Non enim erubesco evangelium. i. predicare
evangelium quia hoc est honorificum et sanctum Et sub-
dit Virtus enim dei est evangelium quod est virtus dei gene-
rans in salutem omni credenti sed quantum ad effectum
consequitur solis credentibus. Iudeo primum et greco. per hoc
non est intelligendum quod apud deum sit personarum
acceptio sed hoc dicit quia iudeo per noticiam legis
et prophetarum et greco per cognitionem creaturarum que est
quedam scala ad ascendendum ad deum
per cognitionem et amorem. et quod hoc habebant quan-
dam dispositionem prioris gentibus ad suscipien-
dum evangelii veritatem quod continet iusticiam per fidem
Christi quod sequitur. Iusticia enim dei in eo revelatur i. in
evangelio manifeste traditur. ex fide in fidem. i. ex fi-
de informi procedendo ad fidem formatam. licet
enim sit habitus idem in de informis sed con-
iunctus et superveniente caritate formatus quia per hoc
actus eius efficitur meritorius vite eterne. et talis
fides formata vivificat et beatificat et iustifi-
cat per se Sicut scriptum est Abacuk 2o Iustus autem
ex fide vivit. Revelatur. Postquam apostolus assignavit
suam causam … ordinem ostendit hic quod vicia
eorum arguit et dividitur in duas partes et primo arguit
vicia gentium 2o iudeorum capitulo 2o. prima in duas
quia primo arguit vicia eorum 2o includit intentum
ibi Qui cum iusticiam dei. prima in 3 quia primo …
eorum vicia contra deum 2o in se ipsos ibi Et sicut
non probaverunt. prima in duas quia primo … eorum …
2a priorum in sequentem quantitate ibi Et mutaverunt
Primum autem ostendit per hoc quod romani vigebant
ratione et industria naturali unde dicit Vegecius in libro
de re militari quod romani acquisierunt dominium
tocius orbis non multitudine ipsi nec fortitudine corporali
sed sapiencia consilii et prudencia militari. propter quod
ex cognitione naturali sibi data poterant cognoscere
unum solum verum deum latria colendum Et
si fecissent tamquam de bonis naturalibus deo gratias
dedisset eis cognitionem sui supernaturalem quantum
necessarium est ad salutem sicut patet de Cornelio Actuum
Sicut enim corpori disposito et organizato per
naturam infunditur anima a deo creata. sic talis supernaturalis
noticia homini disposito per modum predictum. Et sicut
deficiente natura in organizatione debita non in-
funditur anima. sic homini indisposito noticia fidei
denegatur. Sic autem fuit de romanis qui
de cognitione naturali deo ingrati fuerunt et econ-
sequenter rationaliter … inciderunt et quia peccata
ipsorum que puniendi erant ex iusticia divina
et hoc est quod dicit. Revelatur. i. manifestatur … enim
… ira dei de celo. i. eius iusticia et
vindicta super omnem impietatem contra deum
Est enim pietas cultus deo exhibitus sive
cultum per oppositum impietas importat dei con-
temptum Et iniusticiam hominum. proximum

contra proximum vel … in quo iuste est vivendum. eorum qui
veritatem dei in iniusticia detinent Veritas enim
divina quantum est in se parata est se manifestare Sed
malicia hominum impedit in eis hanc manifestationem
et sic quasi … detinent eam. sicut impediens
cursum aque dicitur eam detinere. quod declarat quia
dicit Quia quod notum est dei. i. de conditionibus
divinis per rationem naturalem cognitum. cuiusmodi sunt
essencialia deo attributa ut sapiencia bonitas
et consilium manifestum est in illis sed in hominibus
romanis. Deus enim illis manifestavit et sequitur modus manifestationis
cum dicit Invisibilia enim ipsius i. attributa dei
essencialia que sunt nobis invisibilia in
presenti sicut et eius essencia. eo quod non cog-
noscitur cognitione intuitiva. A creatura mundi i.
ab homine qui sic nominatur eo quod habet convenienciam
cum omni creatura. sed enim esse cum non viventibus
vivere cum arboribus. sentire cum animalibus intelligere
cum angelis. et quia omnis creatura sensibilis propter hominem et coluerunt
facta est ut diffuse tractat Gregorius Omnis igitur
Per ea que facta sunt i. per creaturas intellecta
conspiciuntur sicut causa per effectum. et sic philosophi
cognoverunt deum. Sempiterna quoque virtus eius et potencia
que est de deo attributum. et divinitas i. essencia
divina de qua per creaturas cognoscitur que …
sunt et infinita. ita ut sint inexcusabiles
de contemptu ipsius non solum Quia cum deum
cognovissent ratione naturali modo predicto. non sicut deum
glorificaverunt cognoscentes quod improportionabiliter
excedit cognitionem nostram et per eius super omnia
glorificandus. aut gratias egerunt de cognitione
naturali de deo sibi data. sed evanuerunt in cogi-
tationibus suis superbientes de ipsa et obscu-
ratum est insipiens cor eorum iusto iudicio
dei propter eorum superbiam. Dicentes enim se esse
sapientes i. in temporalibus stulti facti sunt in
spiritualibus. Et mutaverunt hic ostendit quod arguit
primum … sequentem scilicet ydolatriam
que maior … peccatum est eo quod est contra primum
preceptum prime tabule. Et non solam ydolatriam
incurrerunt sed multiplicem. Audierant enim quod tempore
Nabuchodonosor regis assiriorum ipse invene-
rat malivolenciam et rebellionem subditorum
eo quod omnes deos eorum exterminari iussit per 1 deus
Holofernem. Iudith 1o propter quod ad dilatationem
imperii sui statuerunt omnes deos diversarum
gencium coli unde dicit Leo papa in sermone festorum apostolorum
Petri et Pauli quod civitas Roma cum omnibus
pene dominaretur gentibus omnium serviebat erro-
ribus Et hoc est quod dicit hic. Et mutaverunt
gloriam incorruptibilis dei i. honorem soli deo
debitum in similitudinem ymaginis corruptibilis hominis
quia cultum latrie soli deo debitum ex-
hibuerunt Iovi Herculi et pluribus aliis qui fuerunt

homines corruptibiles et volucrum sicut legitur de ydo
latria quod aliqui adorabant vulpes et vesperti
liones. Et quadrupedum sicut egipcii cole
bant boves et serpentum sicut babilonii colebant
draconem. Danielis 14°. Et istas ydolatrias et
multas alias receperunt romani ut dicit
glosa. Propter quod hic ponit alia peccata que sunt in ipsis scilicet
unum quod luxuria maxime inquinat corpus
redundat et maxime viciat contra naturam quod
est pessimum. Cuius tres sunt species in generali. Prima
est mollicies quando aliquis per tactum proprium polluit
seipsum. et istam tangit cum dicit. Propter quod scilicet propter prefatam
ydolatrie vicium. tradidit illos deus id est tradi
permisit in penam peccati predicti in desideria cordis eorum
ad sequenda scilicet propter concupiscenciam in immundiciam id est
in immundicias maximas ut contumelijs af
ficiant corpora sua in semetipsis. in hoc enim valde
devilipendit natura. qui commutaverunt veritatem
et coluerunt dei in mendacium id est in ydolum ipsum colendum sicut
deum. quod dicit propter ydolatriam tendebat in illam in
mundiciam et servierunt creature magis quam ydolis ponens
quam creatori qui est benedictus in secula id est ab omnibus
semper glorificandus. Amen confirmatio dei.
Secunda species peccati contra naturam est sodomia que
consistit in aliam personam in sexu indebito
et istam tangit cum dicit. Propterea tradidit illos deus
in passiones ignominie id est valde ignomini
osas. Nam femine eorum mutaverunt naturalem usum
in eum usum qui est contra naturam una alteram
polluendo. Et similiter et masculi relicto naturali usu femine exarserunt in desiderijs suis in invi
cem masculi in masculos turpitudinem operantes
hoc vehementi enim ardore luxurie talis vilitas
procedit et mercedem id est punicionem quam oportuit
id est decuit erroris sui in semetipsos recipientes
deo puniente iudicio suo iusto. Tercia species peccati
contra naturam est quando quis operatur in spe aliena scilicet
coitus cum bestia propter quod vocatur bestialitas
et est pessimum et magis dicitur vicium ignominiabile
propter quod apostolus tacet de illa specie licet forsitan
eam invenissent sicut duas precedentes. Et sicut
hic ponit apostolus peccata eorum in proposito et primo peccata
commissionis et omissionis id est parentibus non obe
dientes. Circa primum primo tangit peccata operis dicens.
Et sicut non probaverunt deum habere in noticia id est non
curaverunt de dei noticia. tradidit illos deus id est tradi per
misit in reprobum sensum id est in perversum iudicium
opera iudicando que secundum veritatem sunt pessima
et optima sicut per malum gustum accidit sicut gustus
male dispositus amara iudicat dulcia
et econverso. ut faciant ea que non conveniunt secundum rectam
rationem quia homo debet uti et que sunt illa
primo explicat in generali dicens. Repletos omni
iniquitate propter aversionem a deo hoc est in omni pravo
malicia propter conversionem indebitam ad creaturam
Secundo magis explicat in speciali de fornicatione

exequendo concupiscenciam carnis. avaricia scilicet
concupiscenciam oculorum. Nequicia quantum ad superbiam vite
Nequam enim dicitur a nequeo nequis. superbus enim quod
nequit attingere rationem sibi debitam assequi niti per
superbiam. Est enim invidia tristicia de bono alie
no in quantum estimatur proprij boni diminucio. Homi
cidio contentione que concordia oritur. Ut patet
de cayn qui fratrem suum post verba invidiosa
occidit ut dicitur Genesis 4°. Dolo malignitate
talia facientes quod non audent facere manifeste.
Secundo tangit peccata oris dicens. Susurrones qui
occulte mittunt per verba sua bonorum amiciciam
separare. unde ecclesiastici 28°. Susurro et bilinguis
maledictus turbant enim pacem habentes. Detrac
tores occulte aliorum famam denigrantes. Differt
susurro et detractor fine. quia unus intendit
separare amiciciam. Alius denigrare famam.
Deo odibiles propter hec vicia contumeliosos
dicentes alijs obprobria. Superbos scilicet se de
magnis iactantes. Elatos alios supprimentes inventores malorum verbis malis
et exemplis alios corrumpentes. Parentibus
non obedientes hic ponit explicat peccata ob
missionis cum dicit. parentibus non obedien
tes Ad quod tenentur parentibus carnalibus
eo quod habent ab eis esse et nutrimentum. Et
parentibus spiritualibus eo quod habent ab eis regimen
et doctrinam. insipientes eo quod non recipiunt a
parentibus documentum. et ex ignorantia incompositos
in actu habitu et gestu. sine affectione id est amore
absque federe id est sine fidelitate. Sine misericordia ad alios
Qui cum iusticiam dei hic apostolus concludit intentum
ex predictis. Ex quo enim erant culpabiles sic
sic quod erant dampnabiles si fuissent admoniti
generi dei 10 dicit. Qui cum iusticiam dei id est deum
esse iustum cognovissent ratione naturali. hoc
enim eis intellectus et ratio clamat. deum esse
iustum non intellexerunt propter cecitatem
mentis eorum ut predictum est. Quoniam
qui talia agunt horribiliter digni sunt morte
non solum temporali sed etiam eterna. non solum qui faciunt
ea digni sunt hac pena sed etiam qui consenti
unt facientibus Et isti sunt facientes et
consentientes ut predictum est. et illi qui tenentur corri
gere et tacent Et hec correctio est duplex. una
fraterna ad quam omnes tenentur. non tamen ad semper
sed pro tempore debito et loco et alijs circumstantijs
debite concurrentibus Alia est correctio punicionis
ad quam tenentur superiores ex officio suscepto.
et hec correctio non solum est propter emendacionem
peccantis. sed magis propter commune bonum. propter quod
superior non debet cessare a tali correctione
propter obstinacionem sive perseveracionem peccantis.
sicut fit in correctione fraterna que tamen ordinatur

ad emendacionem fris · sed punire debet
obstinatum · etiam morte si expediat pro bono
rei publice · Deinde e dicitur in hoc cap.
quod propter peccatum ydolatrie tradidit deus gentiles
in peccata luxurie vilissima et plura alia
detestabilia · propter hoc ad maiorem dictorum
emendacionem queritur utrum peccatum esse possit al-
terius peccati pena · et arguitur quod non · primo quia pe-
ne iuste sunt adeo · ut dicit Augustinus libro
de civitate dei · peccatum autem non e iustum nec
a deo · Item pene sunt inducte ut per
eas homines reducantur ad bonum virtutis ·
ut dicit philosophus 10° ethicorum · secundum magistrum sed op-
positum habetur · Comm. in ni in lra · in pena n.
ydolatrie gentilium inducta sunt alia peccata
enormia · Dicendum · De peccato possumus loqui dupliciter
scilicet per se et per accidens · Per se vero considerat peccatum
secundum quod egreditur a voluntate · sic enim habet
racionem culpe · propter quod si nullo modo est voluntarium
non est peccatum · et hoc modo unum peccatum non
potest esse pena alterius · quia de racione pene est quod
sit contra voluntatem · cum sic manifestum est
quod per se loquendo peccatum non potest esse pena peccati
Per accidens autem peccatum potest esse pena peccati triplex
Primo enim ex parte rei que removet prohibens
Cause enim inclinantes ad peccatum sunt
passiones inordinate · temptacio dyaboli
et alia huiusmodi · que impediunt divinum auxilium
quod iuste subtrahitur propter peccatum · et talis
subtraccio est huius peccati pena · et e a deo
qui iuste retrahit auxilium suum ab ingrato
Et sic peccatum sequens subtraccionem divini auxilii
per accidens dicitur pena peccati precedentis · et hoc modo lo-
quitur apostolus · propter quod tradidit eos deus in desi-
deria cordis eorum quia subtrahendo suum
auxilium permittuntur precedentes vinci a passio-
nibus suis et demonum temptacionibus · Alio modo
potest esse pena ex parte substancie actus peccati que af-
fliccionem inducit · et hoc sive sit actus in-
terior · ut in ira et invidia · que notabiliter
affligunt iratum et invidum · Sive sit actus
exterior sicut aliqui gravibus laboribus et dampnis
opprimuntur aliqui ut compleant actum peccati secundum illud
Sapiencie 5° · Lassati sumus in via iniquitatis · Tercio
ex parte effectus · quia ex hiis duobus modis
ultimis unum peccatum non solum e pena peccati
precedentis sed eciam sui · Ad primum patet quod procedit de
peccato secundum se considerato · Ad 2m dicitur quod hec pu-
nicio qua aliqui permittuntur a deo in alia
peccata ruere ad bonum virtutis ordinatur · et quandoque
ad bonum penitencium · scilicet cum post peccatum humiliores
et cauciores resurgunt · semper autem ordinatur
ad bonum aliorum qui videntes tales de peccato in

peccatum sic ruere magis reformidant peccare
Propter quod · postquam · Capitulum 2m
Postquam apostolus arguit vicia gentilium
hic quomodo arguit vicia iudeorum · et
dividitur in 3 partes · quia primo ostendit eos in
culpa et pena gentilium similes · 2° quod ad aliqua
peyores · ibi · Tu autem si iudeus · 3° quo ad aliqua
meliores in principio 3 capituli · Prima adhuc in duas
quia primo tangit propositum contra veritatem · 2° removet quen-
dam errorem ibi · Existimas · Primum ostendit dupli-
citer · Prima est quia apud gentiles ydolatria
reputabatur virtuosa et fornicacio licita · propter quod
talia publice agebant · Iudei vero per legem et
adeo specialiter ductam cognoscebant ambo esse
prohibita · propter quod in manifesto a talibus abstinebant ·
ne secundum legem punirentur · in occulto in hec
operabantur · propter quod in peccato erant cum gentilibus
similes · Et ideo ex fine precedentis capituli ubi dicit apostolus
Qui talia agunt digni sunt morte · concludit
propter quod inexcusabilis es o homo · id est iudeus
gentiliter vivens · Omnis qui iudicas teme-
rarie gentiles · Et causam subdit · In quo enim iudi-
cas alterum teipsum condempnas · eadem enim agis que
iudicas · Scimus enim · Hic ponitur secunda racio · licet
enim inter peccata manifesta et occulta sit distinccio
quantum ad humanum iudicium per quod tantum puniuntur
manifesta · tamen quantum ad divinum iudicium non est ulla
distinccio · quia deus punit secreta sicut et manifesta
eo quod ei nichil est occultum · 1 Regum 16 · Homo
videt ea que parent · deus autem intuetur cor ·
Et ideo iudei qui talia peccata faciebant in occulto
erant similiter puniendi sicut et gentiles facientes
talia in manifesto · et sic habetur propositum · scilicet quod iudei
similes gentilibus erant huius racionis ponit virtute
dicens · Scimus enim quia iudicium dei est secundum veritatem
id est secundum equitatem iusticie in eos qui talia agunt
publice vel occulte · Existimas autem · Hic re-
movet tactum dicens duplicem errorem · 2um removet
ibi · An divicias · Primus autem error est
quia aliqui impunitate attribuebant specia-
liter dilacione plurium dierum qui erant oblita peccata
sua · Hoc removet tamquam erroneum quia hoc
provenit ex dei paciencia qui concedit peccatoribus
penitencie tempus · ut sic si non penituerint appareat
eorum condempnacio magis iusta · et similiter promi-
nencia perseverancium in bono · habent sui[c]ias deducit
apostolus de ipse dicens · Existimas autem hoc errorem
tu · O homo · id est qui iudicas eos qui talia
agunt et facis ea · id est o tu iudex qui iudicas
gentiles temerarie ut dictum est · quia tu
effugies iudicium dei · id est eius punicionem propter pene
dilacionem · quasi dicat · Non sic erit · secundum magistrum tamen in-
quia tu abutens tempore michi tibi dato ad penitendum

quor

dimicias
io se. Andivicias boni tempus eius que a malo non
subtrahit bona et pacie quia differt dila
tiom pene et longanimitatis qua diu ex
pectat quislibet hominem a malo culpe contempnis
q. d. sic impunitate tibi irrigando Ignoras
quoniam benignitas dei diu te tollerans ad penitenciam
te adducat secundum quod est in se quia instinctus suos
ad bonum a malo nunquam penitus aufferat quod diu
sunt in via. sed ipsi repellunt eos et rema
nent in sordibus suis. io se. Secundum autem duri
ciam tuam et cor impenitens quia dicitur
non cedis divino instinctui Durum non in cor
de quod non tangit cedit tangenti et ad
similitudinem huius dicitur cor durum quod non obedit in
stinctui ad bonum. Thesaurizas tibi iram
id est accumulas tibi penam in die ire id est ultionis
extreme et revelacionis iusti iudicii dei tunc
enim revelabuntur secreta cordis vestri. Qui
reddet unicuique secundum opera sua scilicet bonis premia
io se. Hiis quidem qui secundum pacienciam boni
operis id est illis qui pacientia dei usi sunt ad bene
operandum gloriam et honorem Recipient enim pre
mium pro virtute in quo consistit racio honoris.
quia secundum philosophum honor premium est virtutis. Recipi
ent etiam honorem coram multis scilicet coram
multitudine angelorum in qua racio glorie consistit que
est maior honor unde gloria a claritate dicitur
est quedam claritas et mutata in g. Et in
corrupcionem querentibus vitam eternam quia
electi resurgent ad vitam immortalem et beatam
Et quia mali e contrario reddentur tormenta
io se. Hiis autem qui sunt contenciosi id est pro
tervibus obduratis quorum anima sibi contendit ut dicitur
de eis quia fundamentum sive dictamen racionis
malo remurmurat et sensualitas ad peccatum
inclinat et sic est contencio inter partes anime Qui
non acquiescunt veritati scilicet divine pulsanti ad
hostium cordis per se ad bonum instigando et
per suos predicatores monendo Credunt autem
iniquitati id est dyabolo iniqua suggerenti per se et
ministros suos Ira et indignacio scilicet divini iudicii
tribulacio et angustia in penam suam Sic et 24°
Ite maledicti in ignem eternum etc. In omnem animam
hominis operantis malum id est in omnem hominem ma
lum. nominat autem hic totum composito a parte
digniori sic Exo. i°. Omnes anime que egres
se sunt de femore iacob id est omnes homines Iudei
primum et greci Isti enim pre aliis hominibus habebant
divina auxilia contra peccata. Iudei per legem
Greci per sapientiam acquisitam quia tunc philosophia
vigebat in grecia propter quod peccata illorum erant magis
gravia et per consequens gravius punienda Gloria autem

et honor et pax omni operanti bonum iudeo primum
et greco Hoc dictum patet hec litera Non enim hic
removet error 2us et primo ponitur hec remocio
2° cum ibi dei declaratur. i. Cum enim gentes q.
Error autem iste erat aliquorum iudeorum impu
nitatem sibi irrogancium eo quod legem a deo
acceperant preteris gentibus. secundum quod dicitur ps. 147°.
Non fecit taliter omni nacioni et iudicia sua
non manifestavit eis Hoc scilicet removetur d. Non est enim
accepcio personarum apud deum dimittenda peccata
impunita iudeorum peccata Quicumque enim sine lege
peccaverunt id est lege scripta non habentes quales
sunt gentiles. sine lege scilicet scripta peribunt
quia habuerunt legem naturalem bonum et malum
ostendente ut prius declaratum est Et quicumque in lege
peccaverunt id est lege mosayca habentes cuiusmodi
sunt iudei per legem iudicabuntur id est punientur
magis quia transgressi sunt eam Et subditur racio Non
enim auditores legis iusti sunt apud deum
q. d. receptores legis non sed impletores operis non
iustificat et ideo de illa accepcione non debent aliquo
impunitatem sibi irrogare sed factores legis iustifi
cabuntur quicumque sunt illi iudei sive gentiles
Cum enim gentes hic declarat quod dixerat deum scilicet
quod gentiles habuerunt legem naturalem ideo facientes
contra dictamen istius legis merebantur puniri et
vivientes secundum ipsam premiari propter quod observacio
legis naturalis cum fide et cultu unius dei ad
quam eos inducit racio naturalis. et hoc modo suf
ficit ad salutem gentilium usque ad publicacionem
evangelii quia non tenebantur ad legem moysi. dicitur
i. Cum enim gentes que legem non habent
scilicet mosaycam naturaliter que legis sunt faciunt
id est ex naturali dictamine racionis Eiusmodi legem
non habentes scilicet mosaycam. Ipsi sibi sunt lex
id est racio naturalis que est principalior pars hominis
propter quod dicitur totus homo ut dictum est supra Ipsa
quidem est eis lex quia lex scripta divina vel
humana a lege naturali derivatur. secundum quod ad agi
bilia quia prima principia agibilium sunt impressa
intellectui practico sicut dicitur lex quasi
quedam conclusiones sic intellectui speculativo impres
sa sunt prima principia speculabilium ex quibus deducuntur
sicut tamen veritates conclusionum Qui ostendunt
opus legis scripte in cordibus suis quod de
clarat per effectum dicens testimonium reddente illis
consciencia ipsorum que ex naturali dictamine racionis re
calcitrat malo et consentit bono et inter se
invicem cogitacionum accusancium aut etiam defen
dencium Dicit autem cogitaciones accusantes
mala et defendentes bona que operantur
et declarantur coram naturali iudicatorio hominis sic
coram iudice per prima principia operabilium naturaliter

iusta sic est illud Hoc facias alii quod tibi
vis fieri Et non facias alii quod tibi non fieri vis
Et licet hoc iudicium fiat in parte in multo
clarius fiet in die iudicii In die cum iudicabit
dominus occulta hominum secundum evangelium meum licet in evangelio
sit solius dei tamquam auctoris tamen dicitur evangelium apostoli
tamquam eius predicatoris per illum Romanorum 2 simile enim
iudicium comminatur peccantibus Si autem tu iudeus
postquam ostendit iudeos et gentiles in culpa et
pena fuisse similes hic ostendit iudeos magis
peiores Et hoc ex duobus ostendit primo ponit
ibi Circumcisio prodest secundum quod dicitur de ... 3° capitulo Que
enim alia gens sic inclita ut habeat
cerimonias iustaque iudicia et universam legem
Unde enim status altior tanto casus gravior
et ideo peccatum iudeorum gravius est peccato gentilium
in eodem genere peccati. Dicit igitur Si autem tu iudeus
cognominaris et dicitur cognomento quia primo no-
minati sunt hebrei ab heber in cuius familia
remansit lingua hebraica que prima erat
omnibus gentibus Gen. 11° Erat autem terra labii
unius. Postea nominati sunt israelite a iacob
qui nominatus est israel Gen. 32° Et ultimo iudei
a tribu iuda nobiliori. Et requiescis in lege
non vagantes per varios errores sicut gentiles
et gloriaris in deo id est notitia unius dei et nosti
voluntatem eius id est precepta in lege expressa et
probas utiliora id est scis eligere meliora per legem
instructus que ostendit omnia ista et non solum
ad regimen proprium sed et aliorum ideo subditur
Et Confidis te ipsum presumendo de tali instructione
ducem esse cecorum quo ad fidem lumen eorum qui
in tenebris sunt quantum ad mores eruditorem
insipientium quantum ad maiores magistrum infan-
tium quantum ad minores habentem formam ||scientie
et veritatis in lege impressas per quam concludit
... dicit. Qui ergo alium doces te ipsum non
doces et ceteri predicas in te ipsum Qui predicas non
furandum furaris et predicas in proximum propter gra-
vitatem eorum qui dicis non mechandum mecharis
~~...~~ et ceteri peccatis in proximum per contrarium carnis
Qui abhominaris ydola Iudei enim post reditum
captivitatis babilonice non leguntur ydolatrasse
nisi aliqui pauci machabeorum tempore et magis
timore mortis quam amore ydolatrie saltem
pro maiori parte tamen fuerunt homines valde cupidi ut
testatur ... iudei et maxime circa tempus christi propter
quod aliqua deputata ad cultum divinum sacerdotes
et ministri templi suis usibus applicabant
ideo subdit. Sacrilegium facis quod est furtum rei
sacre Qui gloriaris in lege a deo tibi data
Per prevaricationem legis deum inhonoras
quantum est in te et ab hoc induunt aliqui scripturam

||prius ... ||inter gentes

Ezech. 36° Nomen enim dei blasphematur per vos
propter hoc enim quod iudei coram gentibus dicebant
se esse populum dei peculiarem per legem sibi divinitus
datam et transgrediebantur eam male vivendo
ex hoc dabant occasionem gentibus blasphemandi
deum qui sibi elegerat talem populum et penam
eorum ascribebant ... Sic scriptum est
Ezech. 36° ut dictum est. Hoc tamen est secundum translationem
LXX ubi translatio nostra habet Ingressi sunt ad gen-
tes et polluerunt nomen meum et cetera
Circumcisio quidem prodest Hic ponit secundum ex quo
iudei erant deteriores comparando per annos et
primo ostendit propositum 2° infert correctionem ibi Non enim
Dicit primo ... quod circumcisio erat quedam professio
legis servande Gal. 5° Testificor enim omni homini
circumcidenti se quod debitor sit universe legis Igitur
sicut professio alicuius religiose regule multum valet
profitenti si eam impleat opere et si eam non
impleat magis est sibi dampnum. Sic circumci-
sio per annos nociva erat iudeis magis eorum erant
transgressores legis et hoc est quod dicit Circumcisio quidem
prodest si legem observes. Si autem prevaricator
legis sis circumcisio tua preputium facta est id est facta
est abhominabilis deo sicut gentiles preputia-
tores erant iudeis abhominabiles in tantum
quod dedignabant cum eis comedere Et per oppositum
concludit apostolus quod gentiles incircumcisi opera legis
facientes quo ad mores naturalis doctrine ut dictum
est supra erant deo accepti et hoc est quod dicit Si
igitur preputium id est gentilis incircumcisus iustitias legis
custodiat quantum ad precepta moralia que sunt
de dictamine rationis Nonne preputium illius in circum-
cisione reputabitur id est tantum sibi valebit sicut
circumcisio quasi dicat sic. Et iudicabit quod ex natura
hec lex est intrata et conservatur sic est preputium
id est gentilis incircumcisus legem consummans id est opera
legis implens Te qui contra est id est quod fit contra naturalis
rationis iudicium iudicabit te id est condempnabilem
te ostendit qui per literam et circumcisionem prevarica-
tor legis es id est prevaricator sensus es legis et
transgressor qui tamen eam habes in scripto et circumci-
sionem in corde tuo quasi dicat sic condempnabilem te ostendit
Non enim Hic excludit inferendo correctionem scilicet quod duplex
est circumcisio una spiritualis que est precisio culpe
Alia corporalis que est precisio pellicule cooperientis
membrum virile et prima est melior secunda quia
anima est melior corpore et secundum hoc duplex est
iudeus unus spiritualis qui habet internam circumcisionem
Alius carnalis habens externam circumcisionem et primus
melior est sicut et de circumcisione dictum est et hoc
est quod dicit Non enim qui in manifesto est circumcisus
carne qui potest hominibus apparere iudeus est scilicet tamen

Et sic dicitur de circumcisione carnis. Neque qui
in manifesto id est in carne circumcisus est. Sed qui in
abscondito iudeus est id est qui circumcisus est in mente
soli deo invisibili. Et circumcisio cordis in spiritu
scilicet spiritu qui vicia rescindit non littera cuius
scilicet circumcisionis spiritualis laus non ex hominibus qui
solummodo vident exteriora sed ex deo est qui videt
interiora. **Capitulum tercium**

Quid ergo amplius. Ostenso in quo iudei
erant peiores gentibus quam alii hic quomodo
ostendit in quo erant meliores et duo
facit. Primo quod primo ostendit secundo opponit. ibi Quid re-
movet quandam obiectionem. Quid enim si quidam. Circa
primum movet questionem [illegible] dicit. Quid ergo amplius
est iudeo melius quam gentili aut que utilitas
circumcisionis a deo date patribus scilicet circumcisionis opera
sunt perfecta. Respondet et videtur dicit multum per
omnem modum quod ostendit quomodo primum quia credita sunt illis
quidem specialiter credita eloquia dei in lege
et prophetis que in deum dirigunt et ad sus-
ceptionem preparant. [illegible] lex pedagogus
3° in christum fuit. Et de prophetis dicit Glossa ad Hebreos
quod non sunt locuti nisi ad dies messie quod est
intelligendum de principali intentione prout declaravi ple-
nius in veteri testamento. Non autem quia lex et
prophete date sunt singulariter populo iudaico hec
[illegible] secundum carnem erat in instituendis
propter quod pre aliis populis debens erat ipsum [illegible]
quandam specialitatem ad quam induciunt lex
et prophete. Quid enim. Hic quoniam removet quandam
obiectionem et primo facit propositum secundo tollit quendam
incidentem errorem ibi Si autem iniquitas. Circa
primum dicit. Quid enim si quidam illorum non crediderunt
q. d. Non obstat predictis quod plures iudeorum
non erant creduli quia eorum incredulitas
non abstulit fidelitatem dei de implendo quod
promiserat patribus antiquis de dacione legis
et de adventu christi et hoc est quod dicit. Numquid incre-
dulitas illorum fidem dei id est fidelitatem eva-
cuavit. Absit et subditur racio. Est autem deus
verax implendo promissum in hiis que pro-
mittit absolute [illegible] sunt predicta. Si autem aliqua
promittuntur a deo sub condicione sicut prosperitas temporalis
fuit promissa iudeis si fideles fuerint eius
tollitur divina veritas propter adversitates eis inmis-
sas quia recesserunt a deo quia non servabatur condicio.
Omnis autem homo mendax. voluntas enim
hominis mutabilis est et ideo potest esse mendax
in promissis. Non sic autem deus cuius voluntas
immutabilis est. Et ad hoc adducit quod dicitur de pro-
missione facta ipsi david absolute de continuatione
regni sibi et posteris eius cuius impletio
fuit impedita propter david cum bersabee et cetera

sicut scriptum est

est quod dicitur psalmo 50 quem fecit david penitens
de peccato predicto ut ibidem declaravi. Ut iusti-
ficeris in sermonibus tuis et vincas cum iudi-
caris. ibi premittitur Tibi soli peccavi et malum
coram te feci et subinfertur Remitte michi ut
iustificeris in sermonibus tuis id est veritas sermonis
appareat de continuatione regni et christo nascituro
de me sicut promisisti. Et vincas cum iudicaris
scilicet [illegible] quod de te iudicatur a multis. Post
enim adulterium david bersabee et occisionem
urie multi dicebant quod propter hoc promissa
dei facta david erant retracta. quod tamen non erat
verum quia facta fuerant absolute. Si autem iniquitas
Hic removet errorem incidentem
ex hoc enim quod ex peccatis hominum apparet iustitia
dei commendatur. Dixerunt aliqui quod peccata possunt fi-
eri ad gloriam dei. quod apostolus falsum ostendit di-
cendo quod ex hoc duceretur triplex inconveniens
primum est quod deus esset iniquus inferendo
penam peccatoribus cum secundum hoc peccata possunt faciat
ad gloriam suam et hoc est quod dicit. Si autem iniquitas
nostra iustitiam dei commendat id est commendari facit
quid dicemus inconveniens quod scilicet. Numquid iniquus
est deus qui infert iram id est penam peccatoribus
hoc enim sequitur ad dictum eorum erroneum ideo subditur
Secundum hominem dico id est secundum homines errantes
dico non. Absit scilicet deum esse iniquum. Alioquin
quomodo iudicabit deus hunc mundum q. d.
nullo modo bene. Si enim esset iniquus non posset
esse iudex bonus. Nam equitas est op-
tima condicio iudicis. Si autem veritas dei hic
infert secundum inconveniens. Si enim peccata fierent
ad gloriam sequitur quod peccator non posset dici
malus quia nullus potest dici malus faciendo illud
quod ad gloriam dei ordinatur et hoc est quod dicit
Si enim veritas dei id est eius iustitia in meo men-
dacio id est per meum peccatum quod est quoddam mendacium
habundavit in gloriam ipsius id est declaravit iustitiam
et eius gloriam. Quid adhuc et ego et loquitur
apostolus in persona peccatoris tamquam peccator iudicor scilicet
reus et condempnandus propter peccatum q. d. non esset
hoc rationabile si illud dictum esset verum. Et sic ex
hoc inconveniens concluditur esse falsum. Et non sicut
blasphemamur hic infert tertium inconveniens
quia si peccata possent fieri ad dei gloriam essent
frequentanda sicut et opera bona. Hoc autem
inconveniens infert implicando dictum pseudo
apostolorum qui nitebantur veros apostolos diffamare
ut in pluribus locis novi testamenti. Et ideo
ex hoc quod paulus commendans gratiam dei
dixit Ubi habundavit delictum superhabundavit
et gratia infra 5 capitulo. Et ex pluribus verbis

aliorum per discipulos ducebant pseudo apostoli quod paulus et alii per discipulos inducebant plures ad multiplicationem malorum ut veniret bonum etc. et hoc est quod dicit. Et non sicut blasphemamur a pseudo apostolis. et sicut aiunt nos quidam dicere. sic infaciamus mala ut veniant bona imponebant enim veris apostolis quod predicabant multiplicationem peccatorum. quorum dampnatio iusta est quia falsum crimen apostolis imponebant. Ex hoc igitur quod peccata non sunt frequentanda et dicere quod sunt frequentanda est erroneum. concluditur falsitas illius dicti scilicet quod peccatum ipse faciat ad gloriam dei. Ad maiorem intellectum predictorum sciendum quod peccatum sive malum culpe cadit a deo ipse. et ideo non facit ad eius gloriam. Sed deus tamen permittitur et et bonitate quod de malo elicit bona utputa per Augustinum in Encheridion. punitionem peccatorum per malum pene cuius est auctor ordinat ad declarationem sive iustitie propter intentionem punitionis sicut propter interfectionem tyrannorum declaratur patrie bonum. Quid ergo precellimus. postquam apostolus ostendit iudeos et gentiles similiter indiguisse gratia dei ante conversionem. probat hoc quod utrique commiserunt horribilia sunt peccata. Et hic probat ostendit quod similiter eadem gratia indigent post conversionem. probat quod sine ipsa non poterunt consequi salutem. etc. Ostendit dupliciter. primo ex legis impositione. 2o ex fide Christi perfecte i. Nunc autem sine lege. primo iterum ostenditur conceptum et perceptum. et ideo primo etiam allegat. 2o ad propositum applicat. ibi Scimus autem. Circa primum dicit continuando se ad precedentia. Quid ergo dicimus nos iudei de quibus erat apostolus. precellimus eos scilicet gentiles. Nequaquam. Et subdit causam. Causati enim sumus i. rationabiliter ordinavimus iudeos et grecos omnes esse sub peccato ante conversionem indiguisse gratia dei utputa conversis. et idem scilicet post conversionem indiget gratia dei quia fides informis non sufficit ad salutem. Sicut scriptum est secundum insertionem non in scriptum. Quia non est iustus quisquam scilicet sine gratia dei. loquendo de iustitia perfecta que facit hominem dignum vita eterna. potest tamen aliquis esse iustus iustitia politica per observationem legis nature. et iustitia legali per observationem legis mosaice. Non est intelligens vel sciens bonum. Omnes simul inutiles facti sunt deficientes a rectitudine finis ultimi. sicut medicina dicitur inutilis que deficit ab inductione sanitatis. Non est qui faciat bonum non est usque ad unum. quia nullus potest facere bonum meritorium sine gratia dei. Et quam ipsa subtrahitur homines labuntur communiter in horribilia peccata. ideo sequitur. Sepulchrum patens est guttur eorum. Sicut enim sepulchro patenti fetor exhalat. sic per tales procedunt verba vilia

et secunda. quia ex habundantia cordis os loquitur. Linguis suis dolose agebant proximos suos decipiendo. Venenum aspidum sub labiis eorum occulte detrahendo. Quorum os maledictione dei blasphemando et amaritudine plenum est. i.e. aliis mala imprecando. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem innocentem. Contritio et infelicitas in viis eorum. quia finaliter conterentur et ad miseriam deducuntur. Et viam pacis non cognoverunt que ducit ad vitam eternam ubi est pax perfecta. Et subdit causam predictorum. Non est timor dei qui retrahit a malo ante oculos eorum propter quod sine retinaculo currunt ad malum. Scimus autem quoniam quecumque hic scripturam allegatam applicat ad propositum dicens. Scimus quoniam quecumque lex loquitur. his qui sub lege sunt loquitur. Contra hoc dicunt aliqui expositores quod scriptura illa tantum loquitur de iudeis qui sub lege mosaica erant. Sed scriptura immediate precedens dissonat ubi dicitur. Causati enim sumus iudeos et grecos omnes sub peccato esse. Et sequens immediate ubi dicitur. Ut omne os obstruatur. et subditus fiat omnis mundus deo. Et ideo dicendum quod loquitur de iudeis et gentibus nec obstat quod dicitur. his qui sub lege sunt loquitur. tamen quia dicitur sub lege indefinite et sicut iudei erant sub lege mosaica ita gentiles sub lege naturali indefinita vero omnium equipollet universali tamen quod non dicitur hic. his qui sub lege sunt. Licet autem liber psalmorum de quo accepta est scriptura preallegata data sit iudeis sicut et alii libri veteris testamenti. non tamen solum loquitur de iudeis sed etiam de multis aliis gentibus sicut declaratum fuit ibi. Et per singulos libros veteris testamenti. Danielis i. quod psalmum 13 de quo assumpta est scriptura predicta. secundum litteralem sensum loquitur de Nabuchodonosor rege babilonis et eius exercitu ut dictum fuit ibidem. Tamen secundum sensum tropologicum convenienter allegatur de omnibus peccatoribus generaliter etc. Immo allegat etiam hic apostolus sicut prima Cor. 10. scripturam exodi allegat in sensu allegorico de Petra autem erat Christus. Certum est enim quod petra unde fluxerunt aque in deserto non erat Christus hystorice sed tamen allegorice quia ipsum figurabat et significabat. i. dicit apostolus Scimus autem quoniam quecumque lex scilicet mosaica sub qua continetur liber psalmorum accipiendo legem generaliter pro omnibus libris veteris testamenti sic frequenter accipiunt iudei. his qui sub lege sunt loquitur i. iudeis. non tamen de illis solummodo loquitur sed etiam de aliis gentibus. et potest intelligi auctoritas psalmi inducta vel aliter. his qui in lege sunt. indefinite i. gentilibus qui erant sub lege naturali et iudeis qui erant sub lege mosaica sicut predictum est. Ut omne os scilicet gentilium et iudeorum

obstruatur ita quod non habeat audaciam contra deum
loquendi. et subditus fiat omnis mundus deo
eius gratia indigens ad consequendum salutem
quia ex operibus legis mosaice vel naturalis
non iustificabitur omnis caro .i. omnis homo
coram illo .i. ut sit acceptus deo per beatitudinem
consequendam Per legem enim cognicio peccati sup-
sit non tamen eius peccati remissio sed per gratiam
dei Sed contra hoc videtur quod in leuitico scriptum
de .i. oblacione sacrificii pro peccato. orabit pro eo
sacerdos et dimittetur ei. Ad quod dicendum quod virtute
illius sacrificii sumptum se non dimittebatur peccatum sicut
quod dicitur hebreorum .10. Impossibile enim est sanguine
thaurorum auferri peccata. sed in quantum illud sa-
crificium erat quedam protestacio christi passionis.
quia protestacionem cognoscebant maiores
magis explicite minores implicite et sic
virtute fidei christi gratiam conferentis eo quod eadem fides
fuit antiquorum et modernorum remittebatur
peccatum et non virtute sacrificii Et satis hoc ostenditur
ex modo loquendi cum dicitur orabit pro eo sacerdos
et dimittetur ei quia fide et deuocione offerentium
remittebatur peccatum Nunc autem sine lege consumma-
tio quod consecracio salutis non erat nisi per fidem christi
et ostendit legis imperfectionem hic quantum ad idem ostendit
ex fide christi perfectionem et dividitur in duas partes quia primo hoc
ostendit ratione 2º exemplo abrahe capitulo 4º prima in
duas quia primo ostendit propositum 2º infert correlarium ibi
ubi est gloriacio prima in duas quia primo ostendit homines iusti-
ficari per fidem christi 2º ponit modum iustificandi ibi
Omnes enim Circa primum sic dicitur Nunc sic Illud quod
iustificat quod facit dignum vita eterna et sine
lege mosaica. sic est de fide christi quia gentibus
eam recipientibus dabatur in signo visibili
spiritus sanctus ut patet actuum .10. De cornelio et
aliis gentibus cum eo existentibus et eciam hanc racionem
ponit minorem dicens Nunc autem sine lege iusticia
dei qui facit deum acceptum et vita eterna
dignum manifestata est in gentibus spiritum sanctum
recipientibus immo probatur qui in lege moysi non
fuerant iustificati a lege .i. libris moysi
qui pro dicitur lex apud hebreos Unde Gen
49 dicitur de christo Non auferetur sceptrum de iuda
et dux de femore eius donec veniat qui mit-
tendus est Et in translacione caldaica que apud
hebreos est autentica habetur Donec veniat messias
et ipse erit expectacio gencium quia videlicet
dedit iudeis et gentibus spiritum sanctum et prophetas
Iohel 2º capitulo Effundam de spiritu meo super
omnem carnem .i. super omnem hominem iudeum scilicet
et gentilem ideo concludit Iusticia autem dei faciens
quod deo acceptum est per fidem ihesu christi
super omnes et in omnes qui credunt in eum
et dicitur super omnes quantum ad apostolos et alios
primo credentes et in omnes quantum ad illos qui
fidem receperunt et recipient predicacione apostolorum
et succedencium doctorum. Non enim est distinctio
inter iudeos et gentiles quantum ad iustificacionem
per fidem christi et loquitur apostolus de fide formata
caritate que iustificat Omnes enim peccauerunt
hic quantum ostendit modum iustificacionis per causam
formalem efficientem et finalem. et tercio ex quo
concludit primitur in huius iustificacionis materias
cum dicitur Omnes enim peccauerunt tam iudei quam
gentiles et egent gloria dei .i. gracia sua que
gloriosus apparet Et subdit huius iustificacionis
modum cum dicitur Iustificati gratis .i. sine meritis
nostris per graciam ipsius formaliter et per redempcionem
que est in christo ihesu .i. passionem eius effective
meritorie causam quem proposuit deus propiciatorem
qui est causa efficiens iustificacionis principalis per fidem
nos deo coniungente in sanguine ipsius ad ostensionem
iusticie sue propter remissionem precedencium delic-
torum scilicet finalem Per hoc enim declarauit se iustum
quod peccatum eius totaliter nature humane iustificans
non reliquit impunitum in sustentacione dei
sustentat enim patres in limbo sine pena sensibili
ad ostensionem iusticie eius in hoc tempore scilicet gracie in
quo ostendit suam iusticiam que facit dignum vita
eterna ut sit ipse iustus .i. manifeste appareat
iustus et iustificans eum qui ex fide est ihesu
.i. christum credente in ipsum Ubi est gloriacio tua
hic infert quoddam correlarium 2º soluit quandam
obieccionem ibi Legem ergo Dicendum
est quod iusticia dei equaliter dabatur quibus ad fidem
christi de iudaismo et gentilitate et ideo includit apostolus
quod iudei non debebant gentiles despicere
gloriando de legis obseruancia quod in faciebant
in primitiua ecclesia sicut patet actuum 6º Factus
est murmur grecorum aduersus hebreos eo quod despicerentur
in ministerio cottidiano vidue eorum Ad hoc ire-
primendum dicit apostolus Ubi est gloriacio tua o iudee
qui inanem gloriam de lege. exclusa est
quantum ad cerimonialia que tempore legis noue non
sunt obseruanda quia erant umbre figuralia
adveniente vero veritate tempore christi cessat figura Iudi-
cialia vero exclusa sunt in quantum habent vim / Habebant
obligandi in lege illa tamen de nouo instituuntur
in lege noua quantum ad illa que regimini po-
pulorum videntur vtilia Moralia vero manent
quia sunt de lege nature que est immutabilis
Et sic modus dicte exclusionis cum dicitur Per quam
legem factorum est exclusio factorum .i. per legem veterem
que in obseruanciis carnalibus consistebat
quasi dicit Non sed per legem fidei .i. per legem euangelii
que spiritualis est. quod confirmat dicens Arbitramur
enim iustificari hominem per fidem sine operibus

factorum

legis an iudeorum deus tantum? Non. Nonne
gentilium? Immo et gentium. Sicut enim coniunctus
principio est. Ideo sic iudei et gentiles processerunt a
deo sicut ab uno principio ita reducuntur ad ipsum
sicut ad finem unum que reductio fit per me-
diatorem Ihesum Christum. Ideo subdit. Quoniam quidem
unus est deus scilicet gentilium et iudeorum qui
iustificat circumcisionem iudeos circumcisos ex fide
scilicet Christi et preputium gentes per fidem scilicet eiusdem
mediatoris Ihesu Christi. Legem ergo. Hic ponit unam
apostolus euidentem obiectionem quia propter ea et similia
imponebant sibi iudei quod destrueret legem
moysi predicationem fidei Christi. Ideo querit dicens Legem
ergo destruimus per fidem et statim subdit. Absit
sed legem statuimus id est confirmamus. Cum enim
aliquid est via et dispositio ad aliud ad quod or-
dinatur sicut ad finem si cessat fine habito non
propter hoc destruitur sed magis confirmatur quia virtualiter
manet in alio meliori. Sicut est de motu ad
formam qui cessat forma introducta et vir-
tualiter manet in ipsa. Lex autem vetus erat
quedam dispositio ad nouam et ordinata
ad ipsam sicut quod imperfectum ad rem perfectiorem
unde Iere. 31. Ecce dies venient dicit dominus
et feriam domui israel et domui iuda fedus
nouum non secundum pactum quod pepigi cum patribus
vestris etc. Et subdit. Et ero eis in deum
et ipsi erunt mihi in populum. Et ideo lex vetus
non destruitur sed magis statuitur quantum ad illud
in quo cessat spiritualiter, tamen aliqui sunt termini.
Alia vero sic non cessant ut dictum est. Ad maiorem
declarationem et dicendorum intellectum queritur hic utrum
lex vetus suo tempore iustificaret et videtur primo
quod sic Leuitici 18. dicitur Custodite leges meas
atque iudicia que faciens homo viuit in eis
sed hominis vita spiritualis est per iustitiam gratie.
Item per circumcisionem tollebatur culpa originalis
sicut modo per baptismum sed culpa non aufertur nisi
per gratiam sicut tenebre nisi per lumen ergo circumcisio
conferebat gratiam que iustificat spiritualiter.
Item omnes moderni doctores tenent quod in cir-
cumcisione dabatur gratia ergo etc. Contra ad
Gal. 2. Si data esset lex que posset iusti-
ficare Christus gratis mortuus est scilicet si iustitia ex lege
hoc est inconueniens ergo et illud ex quo sequitur. Si lex
vetus iustificaret. Iudeos primittendo distin-
ctiones quasdam. Prima est de iustificatione que
potest accipi dupliciter. Uno modo proprie et iustificatio
est factio iustitie. Alio modo large pro significatione
iustitie sicut urina dicitur sana eo quod sanitatis
est significatiua. Uno modo proprie secundum quam iusti-
ficatur homo apud deum. Alio modo improprie
et iustitia est virtus politica. Secunda dis-
tinctio de lege veteri que distinguitur secundum

precepta moralia iudicialia et cerimonialia
Si igitur loquimur de iustitia proprie sic solus deus
iustificat effectiue per habitum quem solus deus
infundit Ps. 83. Gratiam et gloriam dabit dominus
Ipsa vero gratia iustificat formaliter. Si vero accipi-
tur iustificatio large sic tota lex vetus iusti-
ficabat quia gratiam iustificantem Christi designa-
bat. Totus enim status veteris legis fuit
noue legis figuratiuus. Cor. 10. c. Omnia enim
in figura contingebant illis. Si autem accipiatur iustitia
improprie et lex vetus quantum ad moralia et ex
iudicialia sic iustificabat effectiue in quantum per
opera legis per que iuste agebant habitus iustitie
et ille habitus acquisitus iustificabat scilicet
iustitia in politica que non facit dignum vita
eterna quia opera talis iustitie sunt spiritualiter opera humana
et per quod ad consecutionem vite eterne impropor-
tionata. quia excedit homo facultatem naturalem
secundum illud Ysa. Oculus non vidit etc. Propter quod oportet
quod talis proportio veniat a deo per habitum ad
hoc spiritualiter infusum. Sicut igitur moralia
aliter iustificabant politice quam iudicialia quia
moralia precepta erant de operibus virtutum generaliter
et iustificabant iustitia politica virtute accepta.
Iudicialia vero erant de contractibus iustis inter
homines et iustificabant iustitia ut communi.
Si vero accipiatur lex quantum ad cerimonialia pure que
non continebant aliquid iustum in se sed tamen ex
legis determinatione sic lex non iustificabat nisi ex
consequenti. Et propter hoc de cerimonialibus dicitur a doc-
toribus quod non iustificabant nisi in quantum fiebant
ex obedientia facientium. Ad primum igitur dicendum quod
tantum dicebatur precepta legis custodiens viuere
quia per hoc euadebat penam mortis corporalis
que per legem transgressoribus infligebatur in casibus
multis ut dicitur supra 19 legis. Ad secundum dicendum quod licet
in circumcisione daretur gratia hoc tamen non erat ex
circumcisione solum sed ex fide Christi venturi quam habuit
Abraham cuius fidei signum fuit circumcisio sicut dicitur
infra capitulo 4. Et signum accepit circumcisionis signaculum
fidei iustitie cuius fidem protestabatur recipiens signi-
ficans circumcisionem per se si erat adultus et per alium
si erat paruulus. Eadem enim fides erat antiquorum
et modernorum sicut dictum est supra licet modo magis
sit explicita. Et hoc modo dicunt doctores gratiam
fuisse datam in circumcisione. Aliter autem dicendum de modo
baptismo qui habet efficaciam a passione Christi iam
completam in effectu. Propter quod non solum est signum
gratie in eo date sed etiam est causa efficiens in-
strumentalis eiusdem quia sacramenta noue legis ef-
ficiunt quod figurant etc. Per hoc ad quartam et ad argumentum
unus quod dicimus. Consequenter. Capitulum 4m

Postquam probauit quod lex vetus non sufficiebat
ad salutem hic ponit hoc idem ostendi per exemplum

Abrahe patriarche. Circa quod ostendit primo quomodo
consecutus est per fidem. Secundo ibi quod magnitudo sue
fidei ibi Qui contra spem. Primum dividitur in 3es per quod primo
ostendit quod ex fide consecutus est gratiam iustifica
tem. Secundo credentium paternitatem ibi Et signum. Tercio promis
sionem hereditatis ibi Non enim per legem. Primum autem
dividitur duplex primo per scripturam, 2o per racionem ibi
Ei autem. Circa primum dicit Quid ergo dicemus invenisse
apud deum abraham patrem nostrum secundum carnem
secundum enim carnem apostolus ab abraham sicut ceteri
iudei. Secundum animam enim que est principalior omnes
immediate sunt a deo. Et vadit ad questionem
dicens Si enim abraham ex operibus legis iustifica
tus est habet gloriam sed non apud deum quia talis
iusticia est acquisita et politica et reddit homi
nem bonum apud homines sed non apud deum. quia
non facit eum eterna vita dignum ut supra dictum est.
Et ad hoc probandum inducit scripturam dicens Quid
enim scriptura dicit de abrahe iustificacione. Cre
didit abraham deo et reputatum est illi ad
iusticiam. Ex fide igitur iustificatus est non ex operibus
legis. Ibi racio scripture. Gen. xv. Ei autem. Hic idem
ostendit per racionem et dividitur in 2. Per quod primo ponit racionem
2o racionis declaracionem ibi Sicut et David. Ratio talis est Illud
quod confertur alicui sicut merces operanti non traditur
ei per fidem gracie sed per viam debiti. Iusticia autem
de qua est sermo confertur per viam gracie ergo non
per legis opera. Maior huius racionis ponitur cum dicit Ei autem
qui operatur non imputatur secundum graciam sed secundum debi
tum. Et sequitur Ei vero qui non operatur legis
opera credenti autem in eum qui iustificat
impium reputatur fides eius ad iusticiam. que fides
facit dignum vita eterna. Secundum propositum gracie dei
id est secundum ordinem gracie et non secundum ordinem debiti.
Et ex hoc subinfertur conclusio sequens scilicet quod talis
iusticia non est ex operibus legis. Sicut et David.
Hic ponitur racionis declaracio. Maior enim manifesta
est ideo declaracione non indiget. Sed minorem declarat per
scripturam et primo scripture allegat, 2o ad propositum
applicat ibi Beatitudo ergo. Circa primum sciendum quod beatitudo
duplex est, una in re et hec in patria. Alia
in spe prout habet in via et talem hic intendit.
Sicut et David dicit beatitudinem hominis esse
cui deus accepto fert iusticiam id est acceptat
eum ad vitam beatam sine operibus quia huiusmodi
opera adhuc sunt proporcionata ut dictum est.
Et subdit in ps. ad hoc ps. 31. Beati quorum
remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir cui non imputabit dominus peccatum. Quod
non potest fieri per opera huiusmodi quia homo non
potest resurgere a peccato per se. Ad hoc enim ut tollatur
peccatum requiritur illustracio divine gracie sicut lux cor
poralis ad amocionem tenebre. Beatitudo ergo
hec que allegata ad propositum applicatur primo
quomodo cum dicit Beatitudo ergo hec que habetur
in spe in circumcisione manet an etiam in
incircumcisione. Dicimus enim quia reputata est abrahe fides ad iusticiam
incircumcisi et vadet ad hanc questionem dicens Dicimus
enim quia reputata est abrahe fides ad iusticiam
sic habetur Gen. xv. ut supra allegatum est. Quomodo
ergo reputata est in circumcisione an in preputio. etc.
quia abraham non dum erat circumcisus quando
hoc dictum fuit de eo. Hoc enim dictum fuit ante
nativitatem ysmahel. Gen. xvo. Et abraham
fuit circumcisus ysmahele iam 13 annorum
existente. Gen. 17. Et signum. Hic ostendit quod
abraham ex fide consecutus est credencium
paternitatem. Circa quod sciendum quod similiter abraham
habuit fidem et preceptum circumcisionis que fuit
signum et karacter sue fidei in se et in sequentibus.
Unde sic diffinitur. Circumcisio quod est signum disting
wens ipsum spiritualiter a gentibus. Ex hoc igitur
formatur talis racio. Quandocumque in aliquo duo
concurrunt unum ut signum et aliud ut res
signata potior est res signata quam ipsum signum
quia signum non est nisi propter rem signatam utputa
de circulo pendente ante tabernam qui non est
nisi ut ibi signaret vinum venale. Cum igitur
in paternitate abrahe ex credencium circumcisio
fuit ibi tantum ut signum fides autem ut res signa
ta per fidem accepit dictam paternitatem. Et hoc
est quod dicit Et signum accepit scilicet abraham cir
cumcisionis in carne signaculum iusticie fidei id est
ut hec circumcisio esset sigillum iusticie fidei
latentis in mente que est in preputio id est que iusticia
erat in abraham ante circumcisionem. Ut sit pa
ter omnium credencium per preputium id est omnium gentilium
ad fidem Christi venientium absque circumcisione ut
reputetur et illis ad iusticiam sicut et abrahe
reputata fuit fides ad iusticiam. Et sit pater
circumcisionis scilicet spiritualis que est recisio viciorum
non hiis tantum qui sunt ex circumcisione carnali
tantum sicut iudei sed et hiis qui sectantur vesti
gia fidei que est in preputio patris nostri abrahe
id est quam iusticiam per fidem habuit abraham
ante circumcisionem. Non enim per legem promissio.
Hic ostendit quod per fidem obtinuit hereditatis
promissionem et non per opera legis utpote per
circumcisionem vel huiusmodi. Et ad hoc inducuntur
due raciones. 2a ibi Lex enim iram operatur. Racio prima
talis est. Cum aliquod promissum redditur alicui
non habito respectu ad promissionem sed ad opera sequentia
promissio illa frustratur et evacuatur quia non
propter illam sed propter aliud promissum redditur.
Promissio vero hereditatis facta fuit abrahe ante
circumcisionem ut Gen. 15. Ergo si reddita esset

viam

merces

fidei

pter circumcisionem vel opera sequentia promissio dei
fuit frustratoria quia fides abrahe de dei
promissione fuit euacuata. Hoc autem inconueniens
est dicere de deo in quo non potest esse falsitas vel
deceptio quia verax. Sequitur secunda scilicet quod promissio hereditatis
sit impleta per legis opera et hoc est quod dicit Non
enim per legem promissio abrahe siue facta est aut
semini eius ut heres esset mundi. Non enim solum
facta est abrahe et semini eius promissio de terra
iudee sed etiam de toto mundo quod patet impletum
de christo descendente de abraham secundum carnem
cui dicit mathei ultimo Data est mihi omnis potestas
in celo et in terra. Sed per iustitiam fidei facta
est dei promissio. Secundo concludit Si enim qui ex lege
id est ex operibus legis heredes sunt id est consequentes
hereditatem exinanita est fides qua abra
ham credidit deo promittenti. abolita est
promissio scilicet dei quia hereditas non est reddi
ta huic ex promissione sed ad aliud. hoc autem
est inconueniens ergo et cetera. Lex enim iram operatur. Hic ponit
secunda ratio que est talis. promissio enim cum sit
de bono non competit legi que est prouocatiua
ire quia non habet seruitutem aliquam cum
sequitur post. et iam promissio fuit facta de re tere
Lex autem fuit prouocatiua ire diuine dupliciter. Primo
quia lex dabat cognitionem peccati clariorem quam ante
et ex hoc aggrauabat peccatum secundum dominum sal
uatorem luc. 12° Seruus qui cognoscit volun
tatem domini sui et non facit vapulabit enim
multis plagis. ergo promissio diuina non conuenit
legi cum sit ire dei prouocatiua et hoc est quod dicit
Lex enim iram operatur id est prouocat duobus modis
Vbi enim non est lex nec preuaricatio et hoc est verum
absolute de hiis que erant ante legem inducta
quia talia non sunt mala nisi quia prohibita
vt quia erant cerimonialia saltem pro maiori
parte de hiis vero que habita sunt per legem eo
quod erant secundum se mala non est intelligendum simpliciter
verbum apostoli sed secundum quid quia non erat tamen grauis
preuaricatio ante legem sicut post propter aliam
cognitionem que aggrauat peccatum propter prohibitionem
que excitat libidinem insequendi Illud tamen
non peruenit ex lege secundum se que fuit sancta
et bona sed ex humana malicia Ideo ex fide
ut secundum gratiam firma sit promissio id est habeat
firmitatem diuina promissio omni semini
scilicet abrahe. Et quale sit illud semen
subdit Non ei qui ex lege est solum id est ipsis
iudeis sed ei qui ex fide est abrahe id est gentibus
in christum credentibus et fidem abrahe imi
tantibus qui est pater omnium nostrum in christo

credentium Sicut scriptum est Gen. 17° Quia patrem
multarum gentium posui te et non solum iudeorum
ante deum cui credidisti qui viuificat mortuos
id est gentiles viuificans per gratiam qui mortui
erant per ydolatriam. et vocat ea que non sunt id est
qui non erant aliquid reputati coram iudeis
tamquam ea que sunt id est sicut iudeos qui dicebant
apud deum reputari pocius propter legis acceptionem
diuine legis per ea. Non fecit taliter omni nationi
Qui contra spem in spem credidit Postquam ostendit
apostolus quod abraham per fidem obtinuit hic
quantum magna fuerit sue fidei ostendit et dicit in de quo fides
declarat propter. Secundo infert conclusionem ibi Ideo et reputatum
est illi Circa primum sciendum quod quando promissum fuit semen
abrahe de Sara ipse iam erat 99 annorum et
Sara 90. Gen. 17°. Et cum ipse esset debilis et tamen
ipse credidit promissioni diuine et non hesitauit
et ideo dicit Qui contra spem scilicet nature in spem diuine
gratie credidit ut fieret pater multarum gentium fidem
eius imitantium secundum quod dictum est ei Gen. 15°
Sic erit semen tuum sicut stelle celi et sicut arena
maris id est in multitudine maiori sicut patet impletum
in multitudine credentium quorum aliqui credunt fide
formata celitus et illi comparantur stellis celi Alii vero
fide informi et illi comparantur arene maris. et non
infirmatus est fide cum tamen senes sint parum
fecundi dicit philosophus 2° ethicorum Nec considerauit corpus suum
emortuum cum fere 100 annorum esset et emortu
ad generandum propter senectutem Sed contra hoc
videtur quod dicit Gen. 25° quod abraham postea duxit
aliam vxorem Cethuram. que peperit ei plures
filios Ad quod dicendum quod hec impotentia ad generandum
intelligitur de Sara que erat sterilis et nonage
naria sed non de iuuencula que ad concipiendum est
magis apta quia ex bona dispositione virtutis
passiue facilius fit conceptio etiam a debili agente
et emortuum vuluam Sare quia iam fierent desi
erant muliebria ut dicitur Gen. 18°. In repromissione
etiam dei non hesitauit diffidentia Contrarium
videtur quod abraham dixit Gen. 17° putas ne
centenario nascetur puer et cetera. Non Ad quod dicendum
quod illud verbum non fuit dubitationis sed ammi
rationis de re insolita. Sic luc. 1° dixit maria
Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. propter
quod abraham non fuit punitus sicut zacharias
pater iohannis baptiste eo quod dubitauit de promissione
dei luc. 1° Sed confortatus est fide dans
gloriam deo id est attribuens promissum diuine boni
tati suis meritis plenissime sciens quia quecumque
promisit deus potens est et facere sciens scilicet
per rationem naturalem per quam cognouit omnia

deo facere possibilia. Ideo et reputatum est ei
Hic concludit correlarium scilicet quod fides abrahe non solum
sibi valuit sed etiam nobis qui imitatores fidei ipsius
sumus. et hoc est quod dicitur. Ideo et reputatum est illi ad illi
iusticiam sed etiam propter nos et subditur. Non est autem
scriptum tantum propter ipsum quia reputatum est illi
ad iusticiam sed et propter nos quibus reputa-
bitur credentibus in eum qui suscitavit ihesum christum
dominum nostrum a mortuis qui traditus est propter
delicta nostra et resurrexit propter iustificationem
nostram. Ex quo patet quod licet singularia primo po-
nat in sacra scriptura ut adam universalia non
predicationem sed ex representationem hoc est dupliciter
uno dicitur universale sed dicitur ea universali generalem

Iustificati igitur ex fide **Capitulum Quintum**

Superius apostolus abstulit a romanis cre-
dentibus discordie materiam ondens quod nul-
lam habent ad invicem precellentiam. Hic autem
inducit eos ad unitatis concordiam ostendendo quod
utrique erant iustificati per fidem et per gratiam
christi eius quem et dividitur in duas partes quia primo ondit
virtutem fidei in recedentem iusticia 2o eius per formam
in veteris legis cessatione ibi lex autem. Prima in duas quia
primo ondit propositum 2o removet erroneum dictum
ibi 6o. Prima adhuc dividitur in 3 partes quia primo on-
dit virtutem fidei in iustificatione credentium 2o gratiam
iustificationis motivum 2o ibi. Ut quid enim christus cum adhuc infirmi
ubi. Propterea sicut per unum hominem. Prima adhuc in
duas quia primo ondit propositum ex consecutione boni 2o
ex tollencia mali ibi Non solum autem. Circa primum
considerandum quod iustificari est motus ad iusticiam
sicut dealbari est motus ad albedinem et iste
motus ad iustificationem potest dupliciter accipi. Uno
modo simpliciter generationis absque recessu a termino
impietatis sicut adam fuit iustificatus in statu
innocentie. Alio modo per modum mutationis vel motus
qui includit recessum a termino contrario sicut iusti-
ficatur homo post lapsum nostrum et hoc modo accipi-
tur iustificatio. Verumtamen quia mutatio denominatur
a termino ad quem et non a termino a quo sicut de-
albatio ab albedine ad quam tendit et non a ni-
gredine seu medio colore unde incipit Sic iusti-
ficatio denominatur a culpa vel impietate a qua
incipit sed a gratia ad quam tendit itaque tamen
dicitur iustificatio quia peccati remissio licet utrumque in-
cludat. Iste vero accessus ad gratiam est per deum
sicut per agens principale per humanitatem vero christi sicut per agens
instrumentale coniunctum in per fidem seu sacramenta
fidei sicut per agens instrumentale separatum
Sic edificatio domus est ab artifice principaliter a manu
eius sicut ab instrumento coniuncto et a securi
sicut ab instrumento separato. Et hoc tangit hic

in iustificatione cum dicitur. Iustificati igitur ex fide
sicut ex instrumento separato quia in fide et sacramentis
pacem habeamus id est concordiam. quod dicit unitas fidei
et sacramentorum debet esse causa concordie fidelium
ad deum qui est causa principalis nostre iustificationis
per dominum nostrum ihesum christum qui secundum humanitatem est nostre iusti-
ficationis instrumentum coniunctum. per quem et accessum
habemus per fidem sed ad christum tamquam per mediatorem
dei et hominum in gratiam istam que iustificat
formaliter in qua stamus id est permanemus. et hec est causa
glorie ideo subditur. et gloriamur in spe glorie filiorum
dei id est sanctorum qui modo spiritualiter dicuntur filii dei quia
non solum sunt filii dei propter filiationem nature que est
in omnibus hominibus. et filiationem gratie que est
in solis iustis. sed etiam propter filiationem glorie que est
assimilatio perfecta .1. Joh. 3. Scimus quia cum apparuerit
similes ei erimus. Non solum autem. Hic autem apostolus
ondit iustificationis effectum quantum ad tollenciam
mali pene. et quia illius mali appetit
propter bonum coniunctum. sicut potio amara propter
sanitatem. ideo apostolus ondit bonum coniunctum ma-
lo pene si patienter tolleretur. quantum ad tollenciam
facit iustificatio que est per gratiam ideo dicit
Non solum autem. super gloriam in adeptione boni
sed et gloriamur in tribulationibus que sunt mala nostris
penalia et subditur causam Scientes quod tribulatio
patientiam operatur id est facit. sicut actum cithariçandi
facit frequens cithariçatio patiencia autem probationem
id est purgationem peccatorum. sicut enim macula peccati aufertur
per cordis contritionem sic reatus pene per tribulationem
patienter toleratam probatio vero spem. id est
expectationem beatitudinis de via remota culpa
et pena. patet liber accessus ad gloriam Spes
autem non confundit id est tollit erubescentiam
in quantum homo non frustratur ab eo quod expec-
tabat. quia caritas dei que est causa glorie
diffusa est in cordibus nostris sicut liquor
preciosus in vase per spiritum sanctum qui actualiter infundit
qui datus est nobis non solum in dono sed
etiam in se ipso in quantum ipse per habitum habet in nobis
novo modo. Ut quid enim christus. Hic autem tangit apostolus
nostre iustificationis motivum. Et primo quo motivum
excludit a nobis dicens. Ut quid enim christus cum adhuc
infirmi essemus sed infirmitate peccati. Secundum tempus
pro impiis mortuus est id est per tempus trium dierum
qui sunt inter eius mortem et resurrectionem. in
per synodochen. quod dicit. ideo christus non iustificatos
communis mortis non pressit quod probat dicens.
Vix enim pro iusto quis moritur nam pro bono
forsitan quis audeat mori id est operibus bonis
quantumcumque iusti viri. nisi ut pro eo quod velit

mori et meritorius pro nobis pt hoc meri io glud
q pressit q celi dei gaudet et i gaudebile
ondit suam caritatem deus in nobis per ipm
iustificatam Cum enim adhuc peccatores ess
// sem tpe q pius pro nobis mortuus est q sun libi
tate multo i magis iustificati nunc in sang
ipius i passionem eius meritorie et p gratiam
sorte salui erimus ab ira i ab inferni pena
per ipm quia maius est peccatore iustificare
q ipm a pena liberare et q non solu per
mortem xpi a pena sumus liberati s ex consecuti
gratiam io subdit Si enim cum inimici essemus
p(re)uaricatorem ade Reconciliati sumus deo
patri p morte filii eius multo magis salui
erimus in vita ipius i in vita xpi glosa ad
ttem eum vitam resurrexit Et q vite re
est in nobis inchoatio p gratiam ipius medi
antes io se Non solum autem salui erimus
in futuro sed et gloriamur in deo ex imperii per
dnm nrm ihm xpm p quem nunc reconcili
acionem accepimus et p quod etiam spem bti
tudinis futurae Cum apostolus faciat hic argumentum a mi
q si iustificati sumus p morte xpi multo magis
sic iustificati salui erimus p consecutionem bti(tudi)nis
Et hoc pz intentionem esse apli q maius
est impium iustificare q iustificatum glori
ficare Cuius ro est quia impius non pt meri
de condigno p(ro)sequi iustitiam q non operatur
n(is)i sm virtute que est improportionalis re(m)issi(oni)
gtie Sed iustificatus p gratiam pt meri
de condigno eternam vitam sm illud apli 2a
ad thimoth 4o In reliquo reposita est mi
corona iustitie quam reddet mi dns in illa
diem iustus iudex Non solum autem mi s et
hiis qui diligunt aduentum eius etc Illud
autem meretur aliquis de condigno qd ei sm viam
iustitie est reddendum Ro autem huius est quia
valor operis meritorii non solum attenditur
sm qd procedit a libero arbitrio q sic non est me
ritorium vite eterne sm qd apostolus ad Ro 8 Non
sunt condigne passiones huius tpis ad futuram
gloriam que reuelabit in nobis s etiam attenditur
sm q procedit a spu habitante in homine iusti
ficato p gratiam et mouente ipm ad opus
meritorium que se hz ad liberum arbitrium
sic sessor ad equm et sm hoc opus merito(rium)
mereturque a spu sco qui est infiniti valoris
meretur de condigno bonum infinitum qd in homine
reddi(tur) obiectum Propterea sicut per unum hominem
hic ponit amplius ponit nostre iustificationis
modum et quam opposita iuxta se posita magis
elucescunt et medicina p comparationem ad mor
bum est disposita io deinde p nos iusti
ficari tractat amplius p comparationem ad peccatum ade

cuius est medicina ei opposita et dividitur in duo primo
comparat utrumque q(uan)tum ad dampnum 2o q(uan)tum ad quae(ritur)
s lege Sicut primum delictum prima adhuc in duo
q primo ponit 2o remouet obiectionem
in contrarium ibi Usque ad legem Circa primum dicit Propterea
sicut per unum hominem sz adam intrauit peccatum i malum
in hunc mundum q peccatum eius imputatum est omnibus
ab eo descendentibus sm viam generationis q sicut
sunt membra eius p(ro)pter q vocatur peccatum originale
et per peccatum mors in penam huius peccati quia
cum corpus ade fuit compositum ex contrariis et sic naturaliter
corruptibile in p(er)donum originalis iustitie sibi
datum a deo in sua conditione potuit non mori q
si ipam seruasset mortem non incurrisset s quia
ipo peccante subtracta est originalis iustitia in
pena sui peccati et p quod incurrit necessitatem mori
que mors licet considerato corpore humano in se
esset naturalis in considerato statu hominis in sua
prima conditione facta est sibi penalis Ita in omnes
homines mors pertransiit quia qualis fons est
primus tales descendunt ab eo p generationem in quo
sz adam peccante omnes peccauerunt qui futuri
erant membra ipius Usque ad legem enim Hic
remouet quandam obiectionem in contrarium posset
aliquis dicere q peccatum non fuit ante legem moysi
eo q peccatum sic diffinit qd est transgressio legis
diuine non potuit autem eius esse transgressio ante
dationem eius ergo etc Sed hoc non valet q a principio
mundi fuit lex naturalis inserta cordibus humanis
ut ostensum est supra ca 2o Propter q eius transgressio
fuit peccatum autem p multiplicationem peccatorum lex
naturalis fuit obfuscata in tantum q transgressionem
illius legis non reputabant peccatum q tamen non
erat sm veritatem quia erat contra recte rationis
dictamen et hoc est qd dicitur Usque ad legem enim peccatum
erat in mundo i toto tpe ante dationem legis mosaice
nec p legem desiit esse propter q hic usque non
facit hic exclusionem tpis futuri s solum conclu
dit antecedentiam peccati ante legem datam licet
non imputaretur io subdit Peccatum autem non impu
tabatur cum lex non esset i non imputabatur propter
obfuscationem legis naturalis io necessaria fuit datio legis
mosaice q(uae) ostenderet a sanctis fuisse propter legis nat(uralis)
obfuscationem Et q autem peccatum fuit ante lege
ostendit p eius penam que est mors ut
dictum est Sed regnauit mors ab adam usque
ad moysen hic hic usque non concludit tps futurum
s in antecedentia mortis ante dationem legis sicut
dictum est de peccato etiam in eos qui non peccauerunt
i in paruulos qui non peccauerunt peccato actuali
qui tamen sunt mortui In similitudinem preuaricationis ade

i. reconciliati

quia gn̄ati sunt sibi ei sz destituti origi[li]
iustia cum debito h̄ndi eam. qui sz adā
est forma futi .i. figrā xp̄i qui futus erat
tpe ade non aūt tpe apli. Dicit̄ in q̄ adā
non fuit figrā xp̄i ingr̄m pctōe ẜ in qn̄tum
pn̄m hoim inesse ne sic et xp̄s pn̄ est
corp̄ inesse grē. et q̄ for̄tus fuit de terra
vtute dīna. sic et corp̄ xp̄i vtute spūs sti
de vgine maria. Itm quia de late eius
formata est eua sic de late xp̄i creat. q̄
qua vgnat inesse grē. sic q̄ adam et
eua gn̄atu est genus hūanū inesse nē
Sed non sic delictum hic gnt ondit maio
ritate doni xp̄i et hoc in duobus. primo q̄
pctm ade fuit pctm hominis puri. ẜ doni
xp̄i est doni hominis dei. et hoc est qd dr̄ Sed
non sic delictu ita et donū. vbi dei. io
gcludit vlt. Si em in vni9 delicto sz ade
et cuī hic sic p quia mortui sunt multi
.i. omēs eius posteri. multomagis gra dei
et donū in gra vni9 hominis ihu xp̄i p
gram singlarē hominis dimini vniti in p̄a
filij. q̄ quia vnione sz quādam efficatia
vniti infiniti in plures h̄ndauit .i. magis
gredit in bono. q̄ pctm ade in malo Sed
ondit maioritatē in effū. quia infectio
ne pctm q̄ vno eius pctō pcessit. et vnū
solum in postos transit sz pctm origiale
qd no pt multiplicari in vna p̄a ẜ donum
xp̄i iustificat a multis pctīs. sz a pctō origi[li]
et actuali. qd quidē actuale multiplicat
varijs modis in eodem homie. et hoc est q
dr̄. Et no sic p vnū pctm sz ade iniusti
sunt alij. ita et donū sz xp̄i iusti gstituti
sunt multi. ẜ multo plenius q̄ pbat. nā subdi
tum iudicium quidem .i. sentētia. q̄ vno in
gdēpnacom sz alioz. q̄ vno pctō sz ade
transit in alios et causās in singulis vnitū
pctm. Gra aūt ihu xp̄i. q̄ multis delictis
in iustificacom sz effcm sic donū est. Et
quia gra xp̄i no solum iustificat a multis
delictis ẜ etiā ducit ad glām. io gcludit
vlt. Si em in vni9 delicto sz ade mors
regnat p vnū hoiem .i. ptatem h̄uit sup
postos ab vno homie. multomagis h̄ndanciā
grē et donacōis et iusticie accipientes a
ihu xp̄o in baptismo in vita sz bta regnabunt
p vnū ihm xp̄m p quem h̄em9 introitu ad
celeste regnū. Dicit aūt grā baptismal
h̄ndancia grē q̄ tollit pena et culpam

et donacōis q̄ gtr̄ dabr̄ et iusticie q̄ facit
dignu vita eterna. Igi sic p vni9 delictum
hic gnt ap9 ondit quē pcti et doni xp̄i
et p̄mo q̄ntm ad pctm ade. 2° q̄ntm ad sup ad
ditum in lege .i. lex aūt. Primu aūt ondit
in duobus. primū est quia sic p delictu
ade alij sunt gdēpnati. sic p iusticiam xp̄i
omēs sunt iustificati. et hoc est qd dr̄. Igitur
sic p vni9 delictum in omēs hoies in gdēp
nacom sic et p vni9 iusticiam in omēs hoiēs
in iustificacom vite. Nec valet contra
sic dicta. q̄ no omēs sunt iustificati per
gram xp̄i. quia no pficit q̄ defcu grē
ẜ q̄ defcu hoim eam inpellencium. Secdm
est quia sic p inobedienciam ade gmedētis
lignū vetitu posteri facti sunt iniusti. Sic
p obedienciaz xp̄i in ligno crucis passi omēs
sunt iustificati q̄ntm ad sufficienciaz. et hoc est
q̄ dr̄. Sicut em p inobedienciam vni9 hoīs
pctōes gstituti sunt multi. ita et p vni9
obedienciam iusti gstituent multi. Lex aūt
hic gnt ondit quē doni xp̄i et pcti tpe
legis sup additi. Ad dacom em legis sequta
est multiplicacō puaricacōis ut dicm ē sup
non in q̄ pte legis ẜ hoim malicie que
nitit in vetitu. Et quia cognicio pcti q
fit p legem augeat pctm. et sic sub lege
h̄ndat delictu. ita q̄ lege h̄ndat gra
magis xp̄s sub lege natus est. ẜm q̄ dicit
ap9 Gal. 4° At ubi venit plenitudo tpis
misit deus filiu suū natū ex mulie factu
sub lege &c et hoc ē q̄ dr̄. Lex aūt subintrauit
post obsistacom legis nalis ut h̄ndaret
delictum. hoc ut tenē ẜ gsecutiē em p mo
pdcm et no caūt. Vbi aūt h̄ndauit de
lictu sub lege. sup h̄ndauit et gra p xp̄m
sub lege fcm. io dr̄. Joh. 1° Gra et veritas
ex iudeis est ut sic regnat pctm in morte
.i. potenciam h̄uit deducendi in mortem
eternam. ita et gra regnet p iusticiam
potent nos inducendo in vitam eternam
p ihm xp̄m dnm nrm .i. dei et hom me
diatorem. Ad maiorē intellcm dcoz de
originali pctō hic aliqua breuit sunt
nonda. Primū ē q̄ sit origiale pctm et q̄
pua cognosci pfitum. io primo videndū q̄
sit originalis iusticia cui9 puacō est originalis
culpa. Est aūt originalis iusticia queda
h̄uae nē rectitudo p qua cor9 nāe erat
subiectu et vires inferiores roni. q̄ diu
mēa esset subdita suo creatori. Hec at racō
non erat ex principijs nē. nā cor9 h̄uani

sit nature corruptibile sed a deo data in prima
hominis conditione secundum Anselmum. Circa 3. Hoc sic quia
primo fecit deus hominem rectum et quia iustitia est
quedam rectitudo secundum Anselmum quod talis rectitudo non habuit
alia iustitia vocatur et originalis quia data est
humane nature in prima sui origine. Et quia pori
gine impositus fuisset tristitia si ab eo fuisset
separata ipso vero permanente iuste fuit ab eo subtracta.
Et quia carentia perfectionis que debet esse
culpabilis est in homine cuius fuit dei rectitudo
sive originalis iustitia ideo eius carentia cum de-
bito eam habendi est ibi formale. Secundum est
quod peccatum ade posteris imputatur et satis formaliter
videtur quod imputatur eis ad penam. Filii enim
frequenter et iuste puniuntur propter peccatum parentum. Sed
diffinitum est videre qualiter imputatur eis ad
culpam. De cuius ratione est quod sit voluntaria.
aliter non esset culpa. Non potest autem dici quod volun-
tarie posteris secundum Anselmum quod sciendum quod adam non solum consideratur
ut singularis persona sed etiam ut totius humane na-
ture in qua alii descendunt tamquam a monete
primum quantitatem ut essent eius membra.
Et ideo sicut homicidium manuum dicitur voluntarium
a voluntate que est in mente sic sic non ca-
rentia originalis iustitie in posteris dicitur voluntaria
a voluntate ade quia non accepit eam secundum Anselmum per se
sed pro sola posteritate ideo omnes posteri per primam ge-
nituram ab eo descendentes in eo fuerunt obli-
gati ad debitum habendi eam sicut culpabil-
iter dictum est ideo merito posteris imputatur ad cul-
pam. Tertium est qualiter contrahitur quia peccatum solum
est in anima que non est educenda sed est a deo
creata qui non privat eam infundendo nec
etiam penitus coniungendo peccatum originale
traducere ut vult maior quasi sunt baptizati quia
virtus non dat alteri quod non habet secundum Anselmum quod dicendum quod generatio
accepit hominibus secundum esse quod habent ab adam quod
est esse nature corrupte non autem secundum esse gratie
quod habent per generationem baptismalem. Generans
autem maxime tum prius generat sibi similes in esse nature
destitute originali iustitia cum debito habendi
eam. Et eadem ratione omnes posteri generant sibi
similes cum tali defectu quia descendunt ab adam
secundum carnem sed non secundum animam que est a deo in
mediate. Ideo originalis culpa a carne procedit
in animam sibi coniunctam sicut liquor bonus inficitur
ex corruptione vasis in quo ponitur. Et sic peccatum
originale procedit ex carne causaliter sed in anima
est subiective et formaliter sicut infirmitas
est in cibo corrupto causaliter tamen quia non est
infirmitatis susceptivus in corpore vero cibato formaliter
est et subiective. Ex dictis patet quod obiectio de
parentibus baptizatis videlicet quod sicut dictum est
non generant secundum esse gratie sed ut sunt in vetustate.
Tertium est qualiter peccatum originale per gratiam
baptismi tollitur. Circa quod sciendum quod primo est perfecta recti-
tudo quod fuit in adam per baptismum redditur
quia baptizati rebellionis corporis ad animam et
sensualitatis ad rationem in se ipsis experiuntur. Sed pro hoc
quod per gratiam baptismi tollitur debitum habendi dicta-
men rectitudinem et sic carentia dicte rectitudinis
non remanet ut est culpa quia formaliter
facit debitum habendi illa rectitudine ut dictum
est supra sed remanet tamen ut est pena et virtus
comprehende materiam contra passiones sensualitatis
fortiter pugnando et infirmitates corporis pa-
tienter tollerando in quibus adiuvat gratia Christi
in presenti ad augmentum meriti electorum in patria vero
nature reparabitur. Quia rectitudo illa erit ad vitam
immortalem perpetuum non immortalitate que fuit in
statu innocentie quia homo non potuit mori
sed ad immortalitatem glorie quia non poterunt mori sed
cum Christo vivent in eternum. Capitulum Sextum.

Quid ergo dicemus? Hic tractat apostolus et removet
errorem duplicem. Et primo removet erro-
nem 2° dictum suum confirmat probationem ibi
Si enim mortui. Circa primum sciendum est quod ex
hoc quod dixerat capitulo precedenti ubi habundavit delictum
superhabundavit et gratia imponebant ei pseudo apostoli
quod diceret permanendum esse in peccatis sicut dictum est
supra 3° capitulo. Hoc autem removet dicens Quid ergo dicemus
permanebimus in peccato ut gratia habundet sicut pseu-
do apostoli asserunt nos dicere. Absit quia peccatum ad
gratiam per se non disponit sed magis aufert. Quod
autem habundavit gratia sit post peccatum aliquando hoc pro-
venit ex bonitate dei qui elicit bona ex
malis non tamen semper elicit hoc ad bonum
peccantis sicut patet in dampnatione malorum ex
qua deus elicit augmentum glorie electorum. Qui enim
mortui sumus peccato. Hic probat dictum suum per
rationem ostendens primo quod in peccato non sit permanendum
2° quod sic virtuose sit operandum. Et hee sunt due
partes iustitie scilicet declinare a malo et facere bonum
2a ibi incipit ibi liberati autem. Prima adhuc
in 2 quia primo probat peccatum esse dimittendum 2°
docet dimittendi modum ibi Non ergo regnet.
Circa primum ponit duas rationes quarum secunda ideo bis
simul ponit et declarat. Ad cuius evidentiam
sciendum quod vita frequenter autem dicitur pro operatione vite sicut
intelligere et sentire dicuntur operationes vite. Et ex
hoc quod vita alicuius dicitur opus in qua principa-
liter occupatur sicut potare dicitur vita ebriosi et peccare

Circa

Christo

vita hominis non vitiosi. Item quia generatio unius
est corruptio alterius et econverso. Et ex hijs format
duas rationes ad mittendum peccatum. Tollit non moientes
prima est quia per baptismum mortui sumus peccato et
sic de vita peccati nichil amplius in nobis debet
apparere et hoc est quod dicit Si enim mortui sumus
peccato quomodo adhuc vivemus in illo opera peccati exercen
do q.d. non decet. Secunda ostendit nos mortuos
esse peccato dicens An ignoratis q.d. non debetis
ignorare quia quicumque baptizati sumus in Christo Ihesu
i. in fide Christi in morte ipsius baptizati sumus i. per vir
tutem mortis eius baptismus habet efficaciam Conse
pulti enim sumus cum illo per baptismum i. assimilati Christo
sepulto quia sicut Christus sepultus fuit in terra
sic baptizandus mergitur in aqua in mortem i. in simi
litudinem mortis et vite peccati. [illegible]
quia mori peccato est nove vite inchoatio in qua
assimilamur Christo resurgenti et ideo sicut Christus resurrexit
ad vitam immortalem ita hec vita gratie non
debet amplius in nobis interrumpi per culpam
et hoc est quod dicit Ut quomodo Christus surrexit
a mortuis per gloriam patris i. potentiam eius
gloriosam ita et nos in novitate vite ambu
lemus sine interruptione mortis culpe Si enim compla
tati facti sumus similitudini mortis eius simul
et resurrectionis erimus q.d. per mortem Christi sumus evulsi
de peccato tamquam de terra mala. Sed plantati
in terra gratie bona. Hoc scientes quia vetus homo
noster i. consuetudo peccati simul crucifixus est ut ulterius non vi
vat illa vita sicut enim Christus vivit ulterius passibili
vita ut destruatur corpus peccati i. congeries peccatorum
Sic enim dicitur Si oculus tuus nequam fuerit totum
corpus tenebrosum erit i. tota congeries operum tuorum
ut ibidem dicit glossa ut ultra non serviamus peccato
nos ei subiciendo qui enim mortuus est i. con
figuratus morti Christi per baptismum iustificatus est a peccato
quia baptismus delet penam et culpam Si enim autem
determinat potestatem fornicatoris puniendi dicens. Ego
quidem habens scilicet auctoritatem a domino super vos. Absens
corpore presens autem spiritu id est caritatis affectu vel quia
in spiritu sciebat que agebant inter corinthios
ac si presens esset. Sicut Heliseus vidit Gyezi
accipientem munera a Naaman ut legitur 4 Regum 5°.
Iam iudicavi ut presens eum qui sic
operatus est accipiendo uxorem patris sui. In
nomine domini nostri ihesu christi congregatis vobis quia omnis
congregatio fidelium facienda est in nomine ihesu. tamen
quod crimen publicum quale illud erat debet in
publico puniri et meo spiritu id est quod tamen eius erat
meo precepto tradere huiusmodi hominem sathane. Sicut
enim apostoli habebant potestatem a domino eiciendi
demones de corporibus obsessis ita habebant
potestatem tradendi eos demonibus affligen-
dos pro enormibus peccatis et impenitentia eorum
affligebant excommunicatos ideo subdit In interitum
carnis id est ad eius afflictionem ut sic peniteat
penitentia debita culpa et spiritus salvus sit id est anima
salvetur in die domini nostri ihesu christi id est in die mortis
vel iudicii extremi pro eodem enim dicitur accipiuntur
quod qualis quis invenitur in morte talis in
iudicio presentabitur. Non bona est. Hic apostolus ostendit
culpe residuum scilicet contentionem quam habebant
ad invicem propter quam correctionem negligebant
et sic non solum peccatum sed ex aliis in-
nuebat periculum infectionis ideo dicit. Non bona
est gloriatio vestra ex hoc enim quod nimis gloriabantur
de aliquibus ministris alios contempnendo processit
inter eos contentio et correctionis obmissio et
per consequens periculum infectionis in aliis ideo subditur
Nescitis quia modicum fermentum totam massam

corrumpit. Circa quod sciendum quod in fermento duo sunt.
sapor scilicet vitalis inquantum reddit panem sapidum
et declinatio ... comparatur fermento in scriptura sacra quod
est corruptio et sic comparatur peccato. et tamen non amplius
hic. quod ex uno peccatore alii inficiuntur ideo subditur
Expurgate vetus fermentum ut sitis nova
conspersio per aspersionem aque baptismalis sicut
estis id est esse debetis azimi id est sine fermento peccati. quod
declarat per figuram veteris testamenti. Etenim pascha
nostrum etc. Agnus enim paschalis de quo habetur
Exodi 12° figura fuit immolationis christi per quam libe-
rati sumus a demonis potestate sicut filii israel per
sanguinem agni paschalis ab angelo devastante.
Carnes autem istius agni cum azimis panibus
comedebant quibus septem diebus filii israel
utebantur. et per hoc significabatur quod vita hominis
christiani debet esse sine fermento malicie peccati ideo
subdit. Itaque epulemur id est vitam ducamus ...
non in fermento veteri id est peccato quod hominem inve-
terascere facit spiritualiter neque in fermento malicie
et nequitie per quod intelligitur peccatum ex certa malicia
et apposito sunt. Sed contingit dupliciter. Uno modo ex habitu
acquisito ex actibus malis. quod intelligitur per fermentum
malicie unde dicitur Proverbiorum 2°. Qui letantur cum male
fecerint et exultant in rebus pessimis. Signum
enim habitus generati est delectatio in opere 2° ethicorum.
Alio modo contingit ne sit aliquis ex malicia
complexionis inclinatur ad aliqua que per se
sunt horrida ut effusio sanguinis humani sicut
contingit ... in bestiis et hoc vocatur
hic fermentum nequitie. Sed in azimis sinceritatis
quantum ad puritatem effectus et veritatis quantum ad puritatem
intellectus. Scripsi vobis. Hic apostolus removet quoddam
dubium. Scripserat enim corinthiis in quadam epistola
que in canone non habetur ut non commiscerent forni-
cariis. Circa quod plures dubitabant credentes
quod intelligeret tamen de fornicatione spirituali que est
ydolatria. ideo apostolus hoc removens ostendit quod hoc
intellexit de omnibus criminosis generaliter ne inficerentur [?]
ex eorum societate. et hoc est quod dicit. Scripsi vobis
in epistola alia ab ista ne commisceamini fornica-
riis id est criminosis generaliter qui fornicantur a deo.
ideo subdit. Non utique fornicariis huius mundi
qui communiter vocabantur ribaldi aut avaris
qui per usuras et alias malicias acquisitas [?]
subtrahunt bona aliorum unde dicitur avarus
quasi avidus eris [?] aut rapacibus id est qui aliena
bona recipiunt per violentiam et per ista in-

telligunt alia que non sunt hic expressa Alio
qui deliberatis de hoc modo excepisse q.d. melius
esset vobis mori quam committere talium operum ma
lignis Hec aut fuistis tc. q.d. sic intelligendum est dampn
nationem gravem Et applicat magis in speciali de
separacione a talibus criminosis q.d. Siquis frater est no
minatus i. fama ducta quod hic aut fenitus re
ligionis Aliqui libri habent fr nominatus i. fr nom
ine sed non religionis parte et ceteras sunt
est fornicator maledicus in festis s. maledicus
i. blasphemus aut ebriosus i. ebrietate assuetus
ebrius enim implet plenitudinem ventris Ebrius ple
na notat habundus silet bilis aptat Cum
huiusmodi nec cibum sumere ut confundatur et eme
dent Quid enim mihi de hiis qui foris sunt i. de in
fidelibus qui sunt extra ecclesiam nunc et intro in
dicare q.d. adme non pertinet quia sunt extra
fores ecclesie Nonne de hiis qui intus sunt i.
intra ecclesiam vos iudicatis i. iudicare debetis
corporum vicia puniendo Nam eos qui foris sunt
deus iudicabit Hoc addit apostolus ne ex hoc quod
infideles dicuntur hic exempti a iudicio ecclesie
crederent meliorem esse condicionis quod est falsum quia
per hoc non effugiunt dei iudicium quod est gravius Et
concludit ultimo auferte malum ex vobis ipsis i. separate
malos christianos per excommunicationem ut corrigantur
pena decenti culpe. Capitulum Sextum

Audet aliquis vestrum postquam apostolus redarguit
corinthios de fornicatione et negligentia
correccionis hic habet eos redarguit de qui
busdam aliis viciis et dividitur in duas quia primo facit
propositum 2o revertitur ad increpandum fornicationis
vicium ibi Corpus aut primum in duas quia primo arguit
eos de iudiciis corum quibus litigabant
2o de causis quas habebant ibi Iam quidem Circa
primum dicit Audet aliquis vestrum adversus alium
habens negotium tc. q. malefacit quicumque vestrum hoc
attemptat et non apud sanctos i. christianos apud
eos enim ... debet queri iudicium Per hoc enim quod
aliqui trahebant ad iudices infideles dabant
eis occasionem deprimendi pauperes fideles Per
talem enim recursum videbatur quod inter christianos non
esset aliquis sufficiens ad talia iudicanda quod
erat ipsis et famosum et ignominiosum An
nescitis tc. q.d. scire debetis quoniam sancti i. fideles perfecti
de hoc mundo iudicabunt erunt enim assessores
iudicis Matth. 19 Sedebitis super sedes iudicantes tc.
Et si in vobis prius iudicabitur hic mundus tc. Et
per quos hic multo magis digni estis iudicare
huiusmodi temporalia negotia que sunt quedam minima
respectiva Nescitis quoniam angelos iudicabimus scilicet
approbando sententiam iudicis de punitione malorum an
gelorum et premiatione bonorum quantum ad primum autem sic
licet enim angeli boni et mali habuerint suum pri
ncipium a principio mundi tamen de hominibus quos ad ma
lum incitaverunt mali et ad bonum sancti recipient
penam et premium et secundum hoc dicuntur iudicandi et
a sanctis viris per approbacionem sententie iudicis et multo
magis digni sunt homines iudicare propter quod concludit
Secularia igitur iudicia si habueritis inter vos con
temptibiles qui sunt in ecclesia i. minoris reputationis
et valoris illos constituite ad iudicandum frequenter
enim contingit quod illi qui parvi sunt de spiritualibus
clarius vident in temporalibus propter quod tales sunt
occupandi ut sapientes in spiritualibus doctrine
vacent et contemplacioni Sic enim fecerunt apostoli Act.
6o Constituentes dyacones circa temporalia ut
liberius vacarent spiritualibus Ad verecundiam
vestram dico tc. q.d. ex facto vestro videtur quod non
sit inter vos aliquis fidelis sufficiens ad iudi
candum quod debet vobis esse verecundia Si illud
apostoli dum videtur esse contra illud quod dicitur i. petri
2o Subiecti estote omni creature propter deum sive
regi quasi precellenti sive ducibus tamquam ab eo
missis Ad quod dicendum quod apostolus hic non prohibet
fideles sub principibus infidelibus constitutos
comparere coram eis cum vocantur Hoc enim esset contra
subiectionem que principibus debetur Sed prohibet
ne voluntarie concurrant ad iudices infideles
in illis negotiis que determinari possunt per fideles
Iam quidem Hic arguit Corinthios de causis
quas inter se habebant et dividitur in duas quia primo arguit
eos 2o circa propositum errores excludit ibi Nolite
errare Circa primum dicit Iam quidem omnino delictum
est in vobis quod iudicia habetis tc. i. litigia per
iudices terminanda Licet enim cuilibet licitum
sit rem suam in iudicio repetere et religiosi
ita quod non repetunt in propria eo quod non habent ali
quid proprium tamen repetere rem suam in iudicio est
peccatum in aliquo casu utpote quando de tali repetitione
surgit scandalum vel aliud malum magnum
propter cuius vitationem debet exponere rem suam
et multo magis non repetere ab alio iam pos
sessam saltem quousque ondisset talem repe
ticionem sibi licere et si post talem ... adhuc
remanet scandalum non videtur ex malicia pro
cedere propter quod esset contempnendum Litigare autem cum
iniuria et fraude semper est peccatum Corinthii autem
utrorumque faciebant s. repetendo res suas modo
indebito et cum scandalo Alieno et aliena
per fraudem et iniusticiam cum tamen deberent

magis iniuriam et scandalum pati quam ista facere
ideo subdit Quare non magis fraudem etc. usque
ibi An nescitis etc. q.d. per confessionem vestram quod non sciatis
quia iniqui qui faciunt inique iniustitie
proximis regnum dei non possidebunt quia ab eo
excludentur. Nolite errare hic revocat duos
errores tunc positos ibi omnia mihi licent. primus
error est quia credebant aliqui fidem et
baptismum sufficere sine operibus bonis etiam cum operibus
malis. Contra fides sine operibus mortua est
Jac. 2. Illi etiam qui sunt baptizati si reciderint
ad pessima vicia gravius peccant quam ante quia videntur
contempnere gratiam baptismi. ideo dicit Nolite errare
etc. et hec quo dictis hoc excepto Neque mol
les etc. Est autem mollicies quedam species peccati
contra naturam qua aliquis seipsum polluit emis
sione seminis in seipso procurando. Omnia mihi
licent. i. licitum est mihi omnia mea in iudicio re
petere. cum non sit prohibitum divina lege sed in casu
ut predictum est. Vel illud dictum apostoli potest referri
ad potestatem accipiendi sumptus ab illis quibus
predicabat. vel etiam ad potestatem utendi cibis
indifferenter. q.d. apostolus. Licet omnia ista mihi licita
sint absolute loquendo tamen in casu sunt dimittenda.
ideo dicit sed non omnia expediunt. dicitur autem
expediens quod sine impedimento potest fieri. et non
expediens quod prestat impedimentum ad consecutionem
finis intenti. Predicta vero sunt licita et in casu
ut quando per hoc turbatur pax ad proximum vel quando
datur occasio scandali infirmis et aliquis
maledicendi. aliquando etiam per hoc redigitur homo
sub alterius potestate. ut quando repetit res in iudicio
submittit se iudici. et ideo hic subdit Sed
ego sub nullius redigar potestate. magis enim
volebat sibi debitum dimittere. Esca ventri
hic reddit causam quare predicta quamvis sint licita
non expediant. per simile de ventre qui est locus
escarum in quo decoquitur alimentum ut inde
ad membra totius deferatur. et patet quod esca debetur
ventri et tamen aliquando non expedit sed est inno
cumenti sanitatis et simile est de predictis ut dictum
est. quia per re corruptibili non est sustinendum
detrimentum in re incorruptibili. deinde Esca de
betur ventri non deo. Et venter escis ut escas
decoquat. Deus autem hunc et has destruet
quia licet post resurrectionem remaneat venter
hominis quantum ad substantiam tamen non quantum ad officium
decoquendi escam. Corpus autem hic apostolus

recitat admirando fornicationis vicium de quo
supra fecit mentionem. et ad hoc inducit tres rationes
prima sumitur ex ordinatione divina. Aliqui enim
de hoc vicio se excusant. d. Corpus autem non
fornicationi. i. non est ordinatum ad fornica
tionem sicut nec venter ad utendum cibis modo in
debito ut ad crapulam. ita nec corpus exponi
debet ad fornicationem que est actus inordinatus
sed Domino. i. similiter ordinatur ad serviendum deo. quia
corpus est propter animam ut habetur 2o de anima. Anima
vero immediate ordinatur ad deum. et sic deus est
finis corporis et dominus corporis. in quo ipsum re
suscitabit gloriosum. quod declarat per resurrectionem Christi
que iam processit. d. Deus vero et dominum suscitavit
suscitavit in corpore glorioso et nos suscitabit
ut conformemur corpori claritatis ipsius sicut membra ca
piti. Fornicatio vero statum huius incorruptionis
impedit. Gal. vi. Qui seminat in carne sua
de carne et metet corruptionem. patet quod fornicatio
est vitanda. Nescitis hic ponit rationem que sumi
tur ex assimilatione corporis humani ad corpus
Christi cuius fidelis efficitur membrum. et ideo horrendum
est quod fiat membrum meretricis per fornicationem que est
idem actus specie secundum naturam cum actu matrimoniali
per quem vir et mulier efficiuntur una caro Gen.
2o. Et hoc est quod dicit Nescitis quoniam corpora vestra
membra Christi sunt per baptismum q.d. scire debetis. Tollens
ergo membra Christi subtrahens me ab ipso faciam
membra meretricis per cohabitationem carnalem. Absit
q.d. hoc est horrendum. An nescitis q.d. scire debetis
quoniam qui adheret meretrici per fornicationis actum
unum corpus efficitur cum ea. q.d. sic. quod probat per
scripturam Gen. 2o. Erunt inquit duo in carne
una. quod dicitur de actu matrimoniali. et simile est
de fornicario actu in parte ut dictum est licet non
in toto. Qui autem adheret deo per fidem et amorem
unus spiritus est non secundum rem sed secundum affectionem.
Fugite fornicationem hic ponit 3am rationem que
sumitur ex corporis inquinatione que non est sic in
aliis viciis. hoc enim illicitum redundat in corpus
per aspectum impudicum per auditum et loquelam
turpium et postea per totius corporis actum et tactum
immundum. propter quod fornicatio est vitanda. huius
autem remedium ponit glosa d. Fugite fornica
tionem quia hoc vicium non vincitur nisi per fugam.
In aliis autem viciis quanto plus homo descendit
ad cogitandum particulares circumstancias tanto plus
invenit unde peccatum sibi displiceat et se retrahat

In fornicatione vero quanto plus descendit ad cogi
tandum particulares condiciones vel delectationes in
osculis tactibus et amplexibus tanto plus inva
lescit temptatio. Patet quod unum homo vincat occasiones
et cogitationes fugiendo et ideo fugiendi eo
rum dicitur. Omne peccatum quodcumque fecerit homo extra
corpus est. Alia enim generaliter inficiunt solam
animam quia non perficiuntur in delectatione corporis
sicut avaricia odium invidia et huiusmodi. Sed fornicatio
non solum animam sed etiam corpus inquinat quia perficitur
in delectatione corporali maxima que penitus absorbet
intellectum et efficit homo sicut equus et mulus.
Gula vero licet perficiatur in delectatione corporis
illa tamen delectatio non est ita vehemens quod absor
beat rationem. Potest tamen dici quod cum apostolus dicit Omne
peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est intelligit preter for
nicationem sub fornicatione etiam intelligit gulam. Cogitatio
gula preparat libidini materiam sicut sub arte materiali
que ligna dolata compaginat intelligitur ars dola
toria lignorum quia preparat sibi materiam. An
nescitis. Hic ponitur secunda ratio ex sancti spiritus dignitate
que habitat in renatis per gratiam baptismi et sic
corpora eorum sunt templum spiritus sancti templum quia
vivificantur ab ea sicut sancto inhabitante et hoc est
quod dicit An nescitis etc. et patet ex dictis littera usque ibi
Et non estis vestri id est vestri iuris sed eius cuius estis ideo sequitur
Empti enim estis precio magno id est Christi sanguine
precioso. Res enim empta pertinet ad ius emptoris
ideo concludit Glorificate et portate deum in corpore vestro
quod fit quando mancipatur divino obsequio sicut equus
portat dominum suum quando equus obsequio mancipatur
talis autem mancipacio divinis obsequiis exigit
mundiciam castitatis et per consequens fugam fornicationis

Capitulum Septimum

De quibus autem scripsistis. Postquam apostolus instruxit corinthios de vi
tando fornicationis vicio hic consequenter instruit
eos de matrimonio et dividitur in duas quia primo instruit
ipsum continentes secundo ipsum per illi bono fugientes
ibi De virginibus autem. Prima in duas quia primo instruit
eos de matrimonio contrahendo secundo de ipso non solvendo
ibi Hiis autem. Circa primum sciendum quod zelum habentes
sed non secundum scientiam in detestationem fornicationis
etiam matrimonium condempnabant et aliqui illi faciebant
hoc ex ypocrisi ut magis eis fidelibus traderent
et ideo fiebat sub fine mundi id est tempore quo prohibentium
nubere etc. Hoc autem videbatur dictum fidelibus
corinthiis ideo super hoc scripserunt apostolo. Ad quod hic
respondens ostendit primo quod expediens secundo quod sit necessarium ibi
Propter fornicationem. Circa primum respondendo dicit
De quibus autem scripsistis mihi circa matrimonium

bonum est homini id est perfectum mulierem non tangere
sed simpliciter continere. Circa quod sciendum quod sicut nu
tritiva ordinatur in conservationem individui ita
vis generativa ad conservationem speciei et ideo sicut dicitur
non potest quod bonum sit homini quantum ad speciem non tangere
mulierem sed hoc est bonum homini quantum ad individuum
et primo vero actus alimento non uti ita non potest dici
quod bonum sit homini quantum ad speciem non tangere mulierem
sed hoc est bonum homini quantum ad individuum et propter
hoc vero actus que per hoc elevatur ad cognitionem
veritatis unde dicit Augustinus secundo Soliloquiorum Nichil sic
deicit ab actu veritatis cognoscende sicut tactus
iste corporum sine quo uxor haberi non potest quia vir
tenetur ei reddere debitum per actum coniugalem magis
absorbetur intellectus unde et propter istud legem
divinam accepto precepto fuit Exodi 19 Ne appro
quetis uxoribus vestris Secundo vero corporis
quia primum subiciunt potestati alterius iuxta illud Vir
enim non habet potestatem sui corporis sed uxor
nec similiter uxor sed vir ut habetur infra eodem capitulo
Subiectus autem de se est amarum. Tercio ex parte rerum
exteriorum quarum occupationi et sollicitudini
multum implicant matrimonium quia oportet providere
de multis non solum pro se sed etiam pro uxore et liberis
Propter fornicationem autem hic consequenter ostendit quod matrimonium
et primo quantum ad matrimonium contractum secundo quantum ad eius
usum ibi Uxori. Circa primum sciendum quod vis genera
tiva ordinatur ad conservationem speciei per filiorum
generationem ad quod opus mulier data est in ad
iutorium viri propter quod prima matrimonii institutio
matrimonii fuit creatis primis Genesis primo Masculum
et feminam creavit eos benedixitque eis dicens
Crescite et multiplicamini etc. Sed hec matrimonii
fuit magis ratione institutionis generis humani
quam oportebat multiplicari populum dei per generationem
carnalem et ideo amplius crescentes genus humanum
iam sic multiplicatum et dei populum per generationem
spiritualem multiplicandum Iohannis 3º Nisi quis
renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest
introire in regnum dei ideo apostolus permisit hanc
matrimonii quod matrimonium fuit institutum in officium
nature. Et ponitur secundum matrimonii quia institutum est
in remedium culpe. In renatis enim per baptismum
remanet adhuc concupiscentia carnis et magis
ad actus venereos propter vehementiam delecta
tionis licet autem maior perfectionis sit hanc concupiscentiam
superare totaliter per continentiam tamen hec perfectio
non potest in omnibus esse sed in paucioribus
propter pravitatem ad scandendum concupiscentiam unde
dicit Salvator Matthei 19º Non capiunt verbum hoc
ideo necesse est ut propter concupiscencie vitandum et propter

surpet quod fit cum in actu generacionis utitur vxore
et sic homo non totaliter genera dna sed
magis generat sibi socii Hec eciam hec ro
nalis quod homo sic vti actu generacionis pert
tinet generacioni et educacioni filiorum vnde in brutis
animalibus sic inuenitur quod in illis speciebus
animalium in quibus sola femina non sufficit ad
educacionem prolis masculus cum femina manet
post Adque eciam hec requiritur quod masculus suam
prolem cognoscat propter quod in omnibus talibus
animalibus naturaliter est inditum masculis sollicitudo
de certitudine prolis ut in turturibus et columbis
et huiusmodi et in eis non sunt vagi concubitus
ex quibus incertitudo prolis sequatur sed determinatus
masculus determinate femine coniungitur saltem usque
ad educacionem prolis suarum In canibus autem et
huiusmodi ubi sola femina nutrit prolem sunt concubitus
vagi Nunc autem ita est quod in specie humana maxime
requiritur masculus ad prolis nutrimentum quod multo
diuini est inualida ad querendum sibi necessaria quam in
aliis animalibus et non solum propter filiorum nutrimentum
requiritur masculus sed eciam propter instruccionem ad quam
requiritur adhuc maius tempus unde hebreorum 12º patres
quidem carnis nostre habuimus eruditores et cetera propter
quod eo naturalis dictat quod in specie humana non sint va
gi concubitus fornicarii sed sint determinati viri
ad determinatam feminam que determinacio fit per
matrimonii legem ideo dicit apostolus propter fornicacionem
autem scilicet vitandum in illis qui non possunt continere
unusquisque uxorem suam habeat ad quam deter
minate accedat et ipsa ad eum et tollantur
concubitus vagi Vxori vir debitum Hic
consequenter prosequitur de usu matrimonii et dividitur in duo quia
primo agit de debiti reddicione 2º de eius inter
missione ibi Nolite fraudare Circa primum dicit
Vxori vir debitum reddat per carnalem
copulam et similiter autem quia hoc est usus
matrimonii in quo vir et uxor ad paria iudicantur
propter quod mulier de latere viri formata fuit non de
capite nec de pedibus quia non debet esse domina
nec ancilla sed socia et racionem huius debiti
subdit dicens Mulier sui corporis potestatem non habet
quia unus coniugum non potest continere altero
inuito vel alteri se tradere ad generacionis actum
sed adinuicem dant sibi potestatem sui corporis
ad hunc actum nisi impedimento legittimo cessante
Nolite fraudare Hic consequenter agit de
debiti intermissione et 2º de eius reiteracione ibi

Et iterum Circa primum sciendum quod actus coniugalis aliquando
est intermittendus magis sanctis temporibus ut
coniuges magis vacent spiritualibus et hoc est
quod dicit Nolite fraudare inuicem subtrahendo
usum corporis proprii ei cui debetur nisi forte ex consensu
utriusque ad tempus ut vacetis oracioni que est
eleuacio mentis ad deum a qua mens aut deprimitur
per carnalem actum et cetera in matrimonio Et iterum reuer
timini Hic consequenter agit de iteracione actus coniugalis
et dividitur in duo quia primo circa hoc dat suum documentum
2º declarat dicens ibi Hoc autem dico Circa primum dicit
Et iterum reuertimini in idipsum scilicet ad reddendum debitum
finito tempore oracionis secundum quod dicitur Ecclesiastes 3º Tempus
amplexandi et tempus longe fieri ab amplexibus
Ne temptet vos sathanas de adulterio propter in
continenciam vestram scilicet pronitatem ad actum carnis
Hoc autem dico Hic manifestat dictum suum et primo
ostendit in quo sensu accipi debeat 2º ad hoc racionem assignat
ibi Volo autem 3º exponit quod predixerat ibi
Dico autem Circa primum sciendum quod aliquis posset accipere
dictum apostoli de iteracione debiti tamquam necessaria ad sa
lutem quod non intelligit ideo dicit Hoc autem dico secundum
indulgenciam et non secundum imperium id est non cadens
sub precepto tamquam ad salutem necessarium possent
enim coniuges de communi consensu se continere Sed videtur
impossibile hoc loqui dicens Hoc autem dico secundum indulgenciam
quia indulgencia non est nisi de malo Actus
autem matrimonialis non est malus Ad quod dicendum
quod indulgencia hic accipitur pro permissione Permissio
autem fit duplex vno modo de minori malo euitando
maius malum sic moyses permisit libellum
repudii ad euitandum uxoricidium Math 19 et
ista permissio non fit in textu propter eius imperfectionem
hebreorum 7 Nichil ad perfectum adduxit lex Alio modo
fit permissio de minori bono per hoc quod maius
bonum non precipit et est in proposito Vnde enim
quod apostolus virginitatem non precipit indulget matrimonium
Vel ut alii dicunt solum potest indulgencia respicere
malum Circa quod sciendum quod actus coniugalis est aliquando
sine omni culpa ut cum ordinatur ad prolem procreandam
ad cultum dei Vel cum fit causa reddendi debitum
quia primo est actus religionis 2º iusticie Et si
fiat causa incontinencie non solum sine culpa est sed culpa
incontinencie quia omnis actus fiens solum causa incontinencie
Si vero actus matrimonialis exerceatur ad satisfaciendum
concupiscencie tunc habet culpam aliquando
venialem cum consistit intra limites matrimoniales
mortalem vero cum non consistit ut puta cum uxore vir

mo indebito. Vel quia eque libent alia cog
nosset. primo actus matrimonialis non careret in
diligentia sed primum. 2o sed indiligentiam
importat consentiens concupiscentie sue in uxore sua et non
in alia non sit reus mortalis peccati sed venialis
3o indiligentiam non sed quia reus est peccati
mortalis. Volo autem omnes. Hic ponit apostolus assertionem
suam dicti et primo eius quod dixerat non secundum imperium
2o eius quod dixerat secundum indulgentiam i. virginitatis. et
Circa primum sciendum quod nullus sapiens precipit contra
illud quod vult matrimonium enim gerit et vult gradu. Con
trariatur virginitati. ut gerens differentius fuit quod
actus matrimonialis ab eo non exigatur sicut sunt de
statu virginitatis. Virginitatem autem volebat apostolus ut dicit.
Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum i. omnem
virginitate servare. fuit enim apostolus virgo. ut in eius
decollatione in testimonium sue virginitatis lac
de eius corpore. quod dicit loquitur de matrimonio et eius actu
preter hanc voluntatem non fuit locutus secundum im
perium. Sed videtur quod voluntas apostoli non fuit recta
quia si omnes a parte eius fuissent continentes cor
tum cessasset generatio hominum et non fuisset impletus
numerus electorum. Ad hoc dicunt aliqui quod revelatum
fuit apostolo quod si omnes tunc continerent sufficerent
adimplendum numerum electorum. Sed hoc dictum nullum
sed scripture vel rationis fundamentum habet. quod dicendum quod apostolus
volebat voluntate antecedente sed non voluntate consequente sicut
Thimotheum 2o capitulo dicitur quod deus vult omnes homines salvos
fieri sed voluntate antecedente non tamen omnes salvantur
quia non vult hoc voluntate consequente. Dicitur autem voluntas
antecedens qua quis vult absolute et universaliter tamquam me
lius simpliciter. Consequens vero qua vult aliquid consideratis condi
tionibus personis et circumstantiis. primo vult homo mercator
suas servare 2o non vult eas servare sed quum in peri
culo positus ipsas proicit in mare. Et hoc modo
considerantis initium et dominum hominum deus vult tamen
aliquos salvari et aliquos dampnari. Sed vult
omnes salvari in quadam generali inquantum sunt
ad ymaginem suam facti et beatitudinis capaces
Et eodem modo paulus apostolus volebat omnes contine
ntes esse in quantum continentia magis bona est quam matrimonium
Considerata in fragilitate hominum volebat aliquos
matrimonio iungi. Unusquisque autem. Hic ponit assertionem
suam quia de matrimonio concesso dixerat secundum indulgentiam
s. quia quilibet non est tante virtutis quod posset conti
nere. et hoc est quod dicit. Sed unusquisque habet proprium donum
ex deo alius quidem sic. sed ut possit castitatem
carnalem custodire et in ea deo servire. Vir

ginitatis 24o de decem virginibus sub parabola hominis peregre
proficiscentis qui vocatis servis suis tradidit illis
bona sua et unicuique secundum propriam virtutem. Dico
autem hoc quod observare dixerat magis declarat
d. Dico autem non nuptis i. virginibus et viduis
bonum est illis si sic permaneant sicut et ego
continent vivendo quod si se non continent i. si do
num continendi non acceperunt a deo nubant matrimonium
contrahendo. melius est enim nubere quam uri i. quam con
cupiscentia superari. Concupiscentia enim quidam ignis est
quia qui ab ipsa impugnatur calescit qui autem
superatur per inordinationem urit. et quia concupiscentia
ab usu illa et concupiscentia uri malum est simpliciter
nubere autem bonum. minus tamen quam continere. est ita sensus
melius est enim i. magis eligibile est quod homo
minus bonum habeat quam quod malum incurrat. His autem
hic instruit eos qui matrimonio iuncti sunt de ipso
non dissolvendo. et dicit in d. quod primo facit preceptum 2o
occasione eius dat generale documentum ibi Et
unicuique primo adhuc in d. quod primo facit hominem de in
solubilitate matrimonii qui utrique coniugum est fideles
2o quum alter est infidelis ibi Nam ceteris ait primo
adhuc in d. quod primo docet eos de indissolubilitate
matrimonii 2o quid sit agendum quum contingit ipsum aliquo
modo separari Quod si discesserit. Circa primum dicit. His
autem qui matrimonio iuncti sunt precipio non ego
sed dominus i. non precipio instinctu meo sed auctoritate domini
uxorem a viro non discedere sicut enim dominum est
supra matrimonium primo fuit institutum ad silem
prolis procreationem in cuius nutritione et instructione
in moribus requiri magnum tempus oportet quod co
dicat quod vir et uxor per totam vitam inse
parabiliter coniungantur. Et ideo matrimonium sic diffinitur
quod est personarum legitimarum coniunctio individua
i. indivisam vite consuetudinem retinens. propterea
quod non discedere uxorem a viro cadit sub precepto
excepta causa fornicationis quia tamen excipit salvator
Matthei 5o Et idem est de discessu viri ab uxore
in hoc enim ad paria iudicantur. Quod si discesserit.
hic ponit quid agendum quum aliqualiter separantur
matrimonium licet enim vinculum matrimonii contracti sit
indissolubile nisi per mortem alterius corporale tamen
ex causa fornicationis probata potest dissolvi secundum ad thorum
et cohabitationem. et dicit apostolus Quod si discesserit
uxor a viro in causa dico manere innuptam
sic precipit dominus. aut viro suo reconciliari quia
Sicut enim potest non discedere a viro sub spe
correptionis eius. ita post discessum potest eire

contilium et ex debet si no possit contine quia
no pt alii nube ipo vivente Nam ceteris
hic gnt agit de dissolutione matrimonii qn alter
coniugum est infidelis 2º ex parte infidel ibi
Et si infidelis Circa p^m d^r Nam ceteris quis
dispari cultus ego dico no dns i. consilium do
sed no est adhoc diuini preceptum Si quis fr
i. xpianus uxorem habet infidelem utpote qn
vir conuertitur ad fidem et no uxor et hec consen
tit habitare cum illo pacifice et sine contumelia
fidei xpiane no dimittat illam Et id sequitur
de uxore fideli virum infidelem habente cu dicitur
Et si qua mulier etc Hec enim sunt aperta Et
subdit ro talis mansionis fidel cu infideli cu
dicitur Sanctificatus e enim i. conuersus ad fidem vir
infidelis p mulierem fidelem etc i. ipm adhoc indu
cente hoc enim frequent fiebat in primitiva eccia
s. q uxor fidel conuertebat virum infidelem et conu
vir uxorem Alioqn hic ponit ad id ro 2ª
ex parte prolis q p conuersionem parentis infidel no
deo adducebat ad fidem Si aut fidel coniux
discederet proles in infidelis remaneret q tunc ps
infidelium cu liberis preualebat tu q parum
erant fideles et sub infidelibus constituti etc est qd
dicitur Alioqn filij vri inmundi erent i. in infidelitate
remanerent coram deo Nunc aut sancti sunt i. adducti
ad fidem mo deo videtur aut q consiliu apli
dem sit contra sacram scripturam q i. esdre 10 Ubi
hesdras fecit abici uxores cu filijs suis a
filijs isrl fidelibus Item contra statuta cano
nes q 28 q i. c. Iudei Non pt infidelis
in eius coniugio permanere que iam in xpianam
translata est fidem Ad p^m d^m q matrimonia illa
que erant contracta contra dni prohibitionem ut hec
de vt a l Nulla erant Nullu matrimonium contra
dei prohibitionem pt esse ratum pr qd hesdras
fecit illa separari et io Ad 2^m d^m q in primi
tiva eccia parum conuertebant de iudeis et sile
de gentilibus et p io tpe apls loqr q tunc
erat spes q infidelis traheret ad fidem p fide
lem psonam in matrimonio sibi iunctam procedere
ro tpe iudei obstinati fuint no sic aut gentiles
et io fidelis pmittebat habitare cu infideli
de gentilibus no tn de iudeis Modo vo pari
passu ambulat q vterq reputat obstinati
et sic no pmitti fidel habitare cu infideli de iur
nec de illis etc mo lo dictu allegatum

Et si infidelis discedit mediam fidei xpiane
discedat q d liber est fidelis ab eius coniuge
et pt alteri nubere Et subdit rationem dicens Non
enim est seruituti subiectus frater aut soror i. xpianus
ut xpiana in eiusmodi ut teneat infidelem
aliquo mo sequi aut contendere in iudicio vel
alibi p eius cohabitatione Et subdit ra In pace aut
vocauit nos deus Non in litigijs et contentioni
bus Sed q possz aliquis arguere in contrarium s. q tenet
hoc facere ut possit infidelem p cohabitationem ad
fidem conuertere io hoc remouet d Unde enim scis
mulier si virum saluum facies etc q d No pt hoc sci
ri p divinam reuelationem pt q subdit Nisi unicuique
sicut divisit dns i. ordinat reuelare etc quia in
[illegible] magis probabilem vi q infidelis subu
tet fidelem si sequeretur eum discedentem ex odio fidei
xpiane Et unicuique sicut vocauit postq apls egit
de dissolutione matrimonij ubi disponit q fidelis debet
manere cu infideli si pt absq contumelia xpi hic
gnt ex incidenti dat generale documentum standi in
statu suo cu quis vocatur ad fidem d Et unicui
q sic vocauit deus ita ambulet q ad illa
que no repugnant statui fidei et sic ubiq
in omnibus ecclesijs doceo etc q d Non solu vo
corinthijs sed et alijs dico q doctrina fidei
det hec unitate et maxime in hoc q quilibet
sit contentus statu in quo vocatus e ad fidem
n impediat dei seruitute Et explicat magis
in speciali d Circumcisus aliquis vocatus est no ad
ducat preputiu i. no sequatur ritu gentiliu qui
sic fuit illicitus In preputio aliquis vocatus est
no circumcidat volens seruare legalia que cessa
uint in morte xpi maxime q ad cerimonialia
de quibus fuit circumcisio cui successit baptismus in
noua lege io subdit Circumcisio nl est i. nl facit
ad salutem et preputium nl est sed obseruatio man
datorum dei etc mt 19 Si vis ad vitam ingredi
serua mandata Erant enim de [illegible]
[illegible] pt qd obligatur cuipiam s manet seruus
vocatus es ad fidem no sit tibi cure i. no feras
hanc conditionem moleste Nam in illa potes xpo
seruire sed et si potes liber fieri ex gratia dni tui
ut alia via de facili magis vtere s. seruitute
q cum seruiente xpo in membris suis exemplo xpi qui
sic minister erat cum discipulis et papa ser
vorum dei se vocat in litteris suis Qui enim in dno
vocatus est seruus construe sic lra qui enim
seruus existens in conditione in dno vocatus est

i. vocatus ad fidem liber est domini i. liber per
deo servire et equalis est michi apud deum sicut
ille qui vocat quantum in libertate. Sic
qui liber vocatus est servus est xpi sic ille qui vo
catus est similis condicionis quantum ad hec. Ambro
sius Apud deum bona servitus et bona li
bertas eque bene appendentur. Et quod utrique sit equalis
servus xpi ostendit quantum ad hec dicens Precio empti estis
scilicet sanguine xpi qui equaliter effusus est pro utroque. emp
tus ergo servus efficitur emptoris. Nolite fieri servi
hominum i. dimittendo servitute dei pro servitute homini
utrique enim per simile status cum quibus potest deum similiter
sustinet hominis servitute. De virginibus autem post
apostolus egit de matrimonio. Hic ostendit agit de fugientibus
matrimonium melioris bono et primo de fugientibus per continentiam
virginali 2º de fugientibus per continentiam viduali i.
mulier alligata. Prima in duas quod primo agit
de virginibus 2º de virginum custodibus i. Siquis
autem turpem. Prima in 2º quod primo declarat preceptum que
est in statu virginali 2º quale possit percipi
in statu coniugali ibi Hoc itaque. 3º quod hec magis
decat optari ibi Volo autem. Prima in duas quod primo
ostendit quod sit preceptum 2º quod sit licitum ibi Alligatus
es. Circa primum dicit apostolus De virginibus autem domini
preceptum non habeo scilicet quod pertinentem virginitatem esse necessarium
ad salutem quia tante altitudinis et perfectionis est
quod pauci possunt eam attingere unde dicit salvator matthei 19º
Sunt eunuchi qui castraverunt seipsos propter regnum
celorum qui potest capere capiat quasi dicat pauci capiunt
ad hoc. consilium autem do tamquam de meliori bo
no propter eos prelatus super eos eciam. tamquam misericordiam
consecutus a domino ut sim fidelis non solum in pro
nitate status sed eciam in explanatu per quam auctoritatem
et stiam consulendi habeo. propter quod subdit sum eo
silii dicit Existimo quod hoc bonum esse scilicet simplex
continentie propter instantem necessitatem i. ad evitandum
occupacionem circa necessaria vite presentis que imbibit
coniugatis circa provisionem uxoris et prolis per quam
homo retrahitur a bono contemplacionis et divine
dilectionis Alligatus es. Hic ostendit quod licitum
scilicet matrimonium et in contractu manere et ideo dicit
Alligatus es uxori noli querere solucionem
quia forsitam cadens per incontinenciam eo quod pre
eciam delectacionum venerearum in actu coniugali
relictarum ad eam de facili Solutus es ab uxo
ore noli querere uxorem si potes continere quod est maius
bonum ideo non est dimittendum pro minori Si autem
acceperis uxorem non peccasti quia hoc est licitum
viro et mulieri ideo subdit Et si nupserit virgo et

Tribulacionem tamen carnis habebunt huiusmodi
scilicet matrimonio iuncti quia imminet eis anxietas
mentis et labor corporis circa provisionem sue domus
et prolis Et quia aliter coniugium de facili suspi
caret fraudem in alio de corpore et anxiatur
in corpore mente cuius anxietas redundantia
fit in carne. ego autem vobis parco quasi dicit non solu
ondo vobis viam perfectionis que difficilis est in obs
ervancia virginitatis sed eciam matrimonium ad quod licite et bene
declinare potestis Hoc itaque dico fratres Hic ostendit
ostendit apostolus quale perfectio virginitatis potest haberi alio mo
in coniugatis scilicet a licitis abstinendo quantum fieri potest
bono bono et ad superna tendendo dicit i. Hoc itaque
dico fratres vos ad perfectionem invitando tempus bre
ve est scilicet vite humane. propter quod quilibet debet quantum potest
ad perfectionem conari quod dum licet tempus mundi ideo subdit
Reliquum est ut et qui habent uxores tamquam non
habentes sint Stat quod sit dicitur Unus quod reddant
debitum non tamen exigant Aliorum perficti ut utrique
coniugum de communi consensu incipiant continere propter maius
bonum adipiscendum et qui flent i. tristicie materiam
habent quod contingit frequenter propter mores eius contingentes
circa coniuges prolem et familiam tamquam non flentes
paciencer sustinendo et eo fere retribucionis eterne
consolacionem recipiendo Et qui gaudent i. materiam
gaudendi habent eo quod aliqua temporali prosperitate circa
se et prolem vel familiam contingentem tamquam
non gaudentes cogitando quod non est multum gaudi
dium nisi de bonis spiritualibus et eternis prosperitas
enim temporalis frequenter vergit magis in nocumentum
Et qui emunt tamquam non possidentes cogitando
quod non habemus hic manentem civitatem sed futuram inqui
rimus hebreorum 13º capitulo Et qui utuntur hoc mundo i.
presentis vite bonis huiusmodi mundi eo quod sunt divites
et corpore sani tamquam non utantur accipiendo de
bonis presentibus communibus potest fieri salva in decen
stancia et personis Et quia hec sunt difficilia
ideo de hoc inducit eos motivum cum dicit Preterit
enim figura huius mundi que est in continua varietate
propter quod parvum tempus est de bonis presentis vite
quia non est ibi stabile Vel potest hoc referri ad
finem mundi appropinquante tunc enim cessabit figura
i. cursus huius mundi quia non manebit figura huius
mundi sed eius substancia Volo autem vos Hic ostendit
quod circa predicta sit magis eligendum quantum ad hec de se
scilicet continenciam virginalem que aufert mundi sol
licitudinem et animam elevat ad cognicionem dei
et eius dilectionem et hoc est quod dicit Volo autem vos et

sn sollicitudine. loquendo de sollicitudine bona spiritualia im
pediente. qui aut sine uxore est sollicitus
est que domini sunt etc. i. habet aptitudinem ut
sit sollicitus de bonis spiritualibus et eius qui
aut cum uxore est sollicitus est que sunt mundi
ad providendum necessaria sibi uxori et familie quomodo
placeat uxori non p dictam sollicitudinem. sed et p red
ditionem debiti. et divisus est partim serviens mundo
et partim deo quamdiu bene vivat in matrimonio. Et mulier
innupta etc. quia idem est ex parte mulieris sicut
ex parte viri et patet ex dictis litera. Porro hoc ad
utilitatem vestram dico ostendendo vobis id quod est
melius et magis eligibile potentibus continere
non ut laqueum vobis iniciam quia non dico hoc tamquam
necessarium ad salutem. hoc enim esset illaqueare infirmos
qui non possunt bene continere sed ad id quod honestum est
continencia enim est honesta. et quia facultatem prebeat
sine impedimento dominum obsecrandi. i. servire ei sine
qua facultatem prebet continencia auferens impedimenta
libere deo serviendi. que frequenter contingunt ex cura
de uxoribus. pro sollicitudine annexam circa temporalia
ut predictum. Siquis aut turpem. hic contra apostolus
agit de virginum custodibus qui in primitiva ecclesia
erant patres carnales et patres spirituales. s. episcopi
quibus a parentibus tradebant alii virgines
custodiende. Igitur si custos virginis postquam venit
ad etatem adultam si videat per signa proba
bilia ipsam virginitatem vovere fuendam debet
eam sic custodire aut nupcui tradere etc. et est
quod dicit. Siquis aut turpem. i. male graciosum se videri
existimat super virginem suam. i. super virgine que
est in sua custodia quod sit super adulta. i. iam
pervenit ad etatem nubilem et ita oportet fieri
quia exigentibus temporis et etatis non potest impediri. pro
aut custos talis virginis male graciosus videri
duplex. Uno a virgine cui displicet a nupciis re
tardari. Alio ab aliis quia timent de lapsu
virginis cuius verecundia in custodem redundet. ideo subdit
Quod vult virgo custodita faciat etc. consentiendo
matrimonio. quia in hoc non peccat nec eius custos
Nam qui statuit in corde suo firmus de custo
dia virginis non habens necessitatem tradendo eam
nupcui tamen quia non videt eam adhuc inclinari
nec timet per eius lapsum verecundiam potestatem
aut habens sue voluntatis de secura custodia virginis
et hoc iudicavit in corde suo servare virginem
suam absque coniugio benefacit servans eam
in statu perfectiori pro quo concludit Igitur et qui etc.

et patet litera ex dictis Mulier alligata hic ultimo
concludit de viduis. dicit Mulier alligata est legi
i. vinculo coniugali quanto tempore vir eius vivit vita
corporali. quod si dormierit vir eius per mortem
corporalem liberata est a lege i. a vinculo Cui vult
nubat tamen in domino i. dum tamen vir sit fidelis quia
non potest contrahere cum infideli Beatior aut erit si sic
permanserit secundum meum consilium. s. continencia viduali
tamen quod sic manendo liberius potest servire domino tamen quia
secunde nupcie sunt signum incontinencie Puto aut
quod et ego spiritum dei habeam Hoc aut addit ad ostendendum
quod eius consilio sit credendum nec dicit puto dubitative
quia certus erat per revelacionem spiritum dei se habere
sed dicit hoc ad tollendam aliorum iactanciam
ne se assererent presumptuose spiritum dei habere. quia
nescit homo utrum amore vel odio dignus sit etc.

De hiis aut que ydolis Capitulum Octavum
Postquam apostolus corinthios instruxit de matri
monio hic contra eos instruit de eukaristie sacramento
et dividitur in duas partes quia primo concludit unam conclusionem
quod est principaliter intenta de ydolis secundo accedit ad propositum
ostendendum capitulo xi. Prima in duas quia primo concludit
principalis occasionem secundo ipsam principalem conclusionem ibi
Prima in duas primo concludit dictam occasionem secundo
inducit ad oppositam persuasionem capitulo. s. Circa primum sciendum
quod inter corinthios erant aliqui scioli cognoscentes
quod carnes ydolis ymolate non contrahunt aliquam
infectionem ut gentiles credebant. nec aliquam in
mundiciam ut iudei existimabant. ideo manducabant
carnes ymolatas ydolis coram simplicibus qui cre
debant in scandalum infirmorum. et sic eorum sciencia erat
aliis occasio ruine pro quo sic procedit apostolus quia
primo declarat talem scientiam non valere si sit ordinata
secundum caritatem secundo de ydolatria ostendit veritatem ibi De esu
primo autem scandalisantium temeritatem ibi Sed non
Circa primum dicit De hiis aut que ydolis sacri
ficantur scimus. s. quod nullam immundiciam aut
infectionem continent qui omnes scientiam dei habemus
videlicet quod est unus deus creator omnium et quod omnis
creatura eius bona est Sciendum tamen quod apostolus hic loquitur
de corinthiis intelligentibus et non simplicibus
ut patebit magis ex subsequentibus Et quia
inter illos scientes aliqui habebant scientiam caritate
ordinatam alii vero non. ideo subdit Sciencia inflat
i. sciencia sine caritate facit superbire caritas vero edificat
i. sciencia caritate ordinata est ecclesie edificativa Siquis
aut existimat se scire aliquid i. presumens de sua
sciencia plus credit se scire quam sciat in veritate Ne
dum cognovit quemadmodum oporteat eum scire

scilicet de se humiliter sentiendo et ut scientia sua caritate utatur et
talis scientia approbatur a deo, ideo subdit: Siquis autem
diligit deum, in cuius dilectione includitur proximi
dilectio, hic cognitus est ab eo, cognitione approbationis.
De escis autem que ydolis immolantur, scimus, nos
magistri intelligentes, quia nichil est ydolum in mundo.
Materia autem ydoli est aliqua res ut puta aurum,
argentum, lapis vel lignum. Sed ipsa ratio ydoli est
quod sit representativum dei, representat autem falsum deum, et
ydolum nichil est, quia falsum et non eius quidam
sic vanum et eius; quod autem nichil est, quia nullam immun-
diciam aut consecrationem potest dare rei immolate. Et
quod nullus deus nisi unus, quia natura divina non est multi-
plicabilis. Nam et si sunt qui dicantur dii, scilicet quod
hoc provenit ex deceptione hominum, non deitatis proprio de-
cernimento. Nobis tamen in veritate fidei confitentibus unus
deus pater per creationem, de quo subditur: Ex quo omnia
sunt in esse, et nos in illo, non solum secundum esse, nec quod
sumus ab illo, sed secundum esse gratie, per quod spiritualiter et mo-
raliter [illegible] in illo est. Et unus dominus ihesus
christus, scilicet unitate persone, non nature, quia naturam divinam
habet ab eterno et humanam ex tempore. Per quem omnia
producta sunt et subsistunt secundum eius deitatem,
quia verbum divinum, quod est idem quod filius, omnia fecit, sicut
idem filius omnia per ipsum sunt et in eo consistunt,
Hebreorum 1°: portans omnia verbo virtutis sue. Et nos per
illum sumus spiritualiter constituti in esse gratie. Sed non
in omnibus. Hic ostendit apostolus [illegible] illorum qui
de sua scientia presumentes comedebant indifferenter ydo-
latica, quod videntes fideles simplices, potissime
conversi de gentibus, credebant eos comedere ad modum
gentilium, scilicet in venerationem ydoli, et exemplo eorum induce-
bant ad sic comedendum, et peccabant graviter, reverten-
tes ad ritum gentilium, et per quos illi qui sua
scientia abutentes simplices ad hoc inducebant, et hoc
est quod dicitur: Sed non in omnibus, scilicet fidelibus, est scientia
cognoscendi quod ydolum nichil est et quod nullam
immundiciam aut consecrationem dat carnibus immo-
latis. Et de istis simplicibus subditur: Quidam autem cum
conscientia ydoli usque nunc, idest credentes quod ydolum
habeat aliquid numinis, quasi ydolotitum manducant,
idest quasi habens aliquid consecrationis ab ydolo et in reverentia
ydoli, et conscientia ipsorum, cum sit infirma, idest errore,
polluitur ipsorum. Esca autem nos non commendat deo,
idest non facit nos maioris meriti, quantum est de se, vel
demeriti; ideo subditur: Neque enim si non manducaverimus
deficiemus, neque si manducaverimus habundabimus,
idest abstinentia a cibo immolato ydolis vel eius

comestio non facit nos deficere a gratia vel proficere
in ea, sed intentio et modus faciunt deficere a gratia,
sicut cum aliquis comedit venerandi ydolum, prout
faciebant simplices predicti, vel modo indiscreto, prout fa-
ciebant scientes presumptuosi, faciunt a gratia deficere,
et hoc est quod dicitur: Videte autem, idest diligenter attendite
vos scientes, ne forte hec licentia vestra, idest scientia qua
cognoscitis ydolatica esse licita ad manduca-
ndum, quantum est ex natura rei, offendiculum fiat in-
firmis, idest faciat offendere infirmos vel igno-
rantes. Et subdit modum quo hoc faciebat eos
offendere: Si enim quis simplex ex eis viderit
eum qui habet scientiam predictam de ydolaticis in ydolo
recumbentem, idest comedentem in loco ubi comedunt
cultores ydolis immolata, nonne conscientia eius,
cum sit infirma, idest ad comedendum prima, edifica-
bitur ad manducandum ydolatica, idest manduca-
ndo in reverentiam ydoli trahetur, quasi dicat: sic. Anima
credet sapienter hoc modo comedere, et peribit infir-
mus comestione ydolatica in tua scientia, scilicet
idest occasione tue comestionis, frater propter quem christus mortuus
est, propter quod eius salus non esset sic contempnenda.
Sic autem peccantes in fratres, [illegible], non solum est
contra proximum sed etiam contra deum, propter quod concludit apostolus:
Quapropter si esca [illegible], talis enim abstinentia ad
evitandum scandalum proximorum infirmorum est
meritoria et etiam utilis ad salutem, quousque doceat
infirmos quod talis comestio esset licita. Capitulum Nonum

Non sum liber. Postquam apostolus
reprehendit aliquorum indiscretionem, hic consequenter
inducit eos ad perfectionem, scilicet ut ab illicitis
abstineant, ne infirmos scandalisent, et etiam
ibi esset. Verum non est ibi verum corpus christi sine
sanguine. quia corpus est ibi ex vi consecrationis. sang-
uis autem ex concomitantia. et similiter deitas
et anima. Si vero in triduo mortis christi quando sanguis
erat effusus a corpore et anima separata aliquis
apostolorum consecrasset. fuisset ibi tunc nec sang-
uis nec anima. tamen ibi fuisset deitas que sem-
per erat cum corpore quia numquam dimisit quod assumpsit.
dicit ergo apostolus Sic et calicem. id est vinum in ca-

lice contentum convertit in sanguinem suum. postquam
cenavit. in quo tangitur institutionis hora ves-
pera. dicens hic calix est id est contentum in hoc calice.
Vetus testamentum promittebat bona temporalia carnalia.
Novum autem promittit bona spiritualia. de quo propheta
Ieremias 31°. Ecce dies venient dicit dominus et feriam
domui israel et domui iuda fedus novum non secundum
pactum quod pepigi cum patribus vestris etc. In meo
sanguine etc. Vetus enim testamentum fuit confirmatum
per effusionem sanguinis vituli brutalis ut habetur
Exodi 24°. Novum vero testamentum sanguine christi effusum
ut deducit apostolus 9° capitulo hebreorum. per hoc excel-
lentiam ostendens novi testamenti. Lucas vero cum
verba consecrationis sanguinis ponit 22° capitulo non quod
addit qui pro vobis funditur. Fuit enim discipulus
pauli apostoli et secutus fuit eum scribendo evangelium.
Matthei 26° dicitur Hic est sanguis novi testamenti
qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Un-
de dixerunt aliqui quod quecumque verborum istorum in canone
scriptorum proferuntur sit consecratio. Tamen melius
dicitur quod illis solis verbis consecratio perficitur quibus u-
titur ecclesia ex traditione apostolorum instituta. Paulus
enim et evangeliste intendebant recitare verba quantum
pertinet ad historiam cene. non autem secundum quod pertinet
ad efficiendam consecrationem. sed ecclesia premittit illa habetur
in occulto propter infideles. secundum quod dicit Dionisius
capitulo vi° celestis ierarchie. Hoc facite etc. per hoc in-
nuit formam huius sacramenti usus. Debet autem apponi
aqua. quia probabile est quod dominus apposuit. In ter-
ra enim illa propter vini fortitudinem consuetudo
est semper bibere cum aqua. In meam commemorationem
consecratio vini specialiter representat effusionem sanguinis
christi. Contra apostolus ponit verba christi dicit. Quotienscumque
enim manducabitis panem hunc. dicit panem
propter species panis remanentes. hunc scilicet ad
nos corpus christi signatum et contentum. mortem domini
annunciabitis ipsam representando per hoc sacramentum
donec veniat ad iudicium. Per quod dat intelligi
quod celebratio huius sacramenti non deficiet in ecclesia usque ad
finem mundi unde dicitur Matthei ultimo. Ecce vobiscum
sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.
in hoc sacramento est totus christus secundum humanitatem et dei-
tatem ex precedentibus. Itaque omnis dignitatis huius
sacramenti consequenter apostolus inducit fideles ad eius devotam
susceptionem. et ad hoc duo quod primo ostendit periculum indig-
ne sumentium. 2° adhibet remedium ibi probet
autem. Circa primum dicit. Itaque quicumque manducaverit

panem vel ci. i. hoc sacramentum in quo sub specie panis
continetur verum corpus xpi et sub specie vini verus
sanguis eius indigne que indignitas triplex
potest contingere Primo ex parte celebrantis ut si quis
non observat ritum a xpo institutum offerendo deum
panem qui de tritico vel aliud vinum quam de vite Et
sic si non observet instituta ecclesie circa confectionem
eukaristie Alio modo ex parte celebrantis vel sumentis hoc
sacramentum sumendo cum voluntate peccandi
mortaliter de facto vel impenitens de peccato Reus
erit corporis et sanguinis domini glosa penis mor
tis xpi ex solvet i. punietur ac si xpm occidit quod
non est intelligendum simpliciter equaliter sed secundum quandam similitudinem
minus enim sit peccatum agendo contra humanitatem
xpi in specie propria quam aliena quia hoc est contemptibilius
et horribilius Item quia iudei occidentes xpm
moti sunt ex odio et invidia que notabiliter
aggravabant peccatum Alio modo sunt indignitates ex
parte sumentis ex defectu devotionis utpote quia
distracta mente ex occupatione temporalium ad hoc
accedit sacramentum habitualiter non retinet debitam
reverenciam et talis indignitas non sufficit sumere
reum corporis et sanguinis domini impedit tamen
fructum huius sacramenti saltem in parte Contra dicta ar
guunt aliqui dicentes quod peiores actu possunt ac
cedere ad hoc sacramentum sicut infirmus actu ad medi
camentum Sed hoc non valet quia sicut baptismus
datur ad regenerandum in vita spirituali sic eukaristia
ad nutriendum regeneratum nutrimentum autem nulli nisi vivo
2o de anima propter quod in sumentibus illud sacramentum
requiritur vita gratie Probet autem Hic ostendit adhi
bet remedium contra dictum periculum et dicit in d.
quia primo facit propositum 2o declarat quoddam dictum i.
Ideo faut inter vos Circa primum dicit Probet autem
se ipsum homo per veram confessionem diligentem considerati
o et emendacionem et sic de pane illo edat et
i. tunc potest fructuose hoc sacramentum sumere
Fit autem hic mencio de duplici specie Nam in prin
cipio ecclesie sic dabatur fidelibus sed propter periculum
effusionis sanguinis modo datur tantum sub specie
panis Sacerdos tamen celebrans accipit sub utraque
specie non tantum propter se sed propter alios Qui enim man
ducat et bibit indigne modo supradicto iudicium
sibi manducat et bibit i. ad suam condempna
cionem sibi sumit non diiudicans corpus domini
i. non discernens ab aliis cibis sumens eodem
modo sicut alios cibos. Sed contra hoc videtur quod dicitur
Joh. 6o Qui manducat me vivit propter me.

Ad quod dicitur quod intelligitur de digne sumentibus
sive manducantibus tantum. Sed contra ex quo ha
betur dicunt aliqui quod hoc sacramentum est frequenter
sumendum ad vitam gratie continuandam et aug
mentandam Alii autem attendentes dignitatem
sacramenti et periculum indigne sumentium dicunt quod raro
est sumendum. Augustinus autem neutrum vituperat quia
utrumque bene potest fieri. Sic zacheus recepit dominum
hospicio suo gaudens Luc. 19o Et centurio pro re
pulit eum ab hospitio suo dicens Domine non sum
dignus ut intres sub tectum meum Luc. 7o Et utrumque
laudatur primum enim procedit ex amore 2m ex
reverencia et timore. Amor autem simpliciter pre
fert timori. Ideo frequentior sumpcio huius sacramenti est simpliciter
melior verum quod est simpliciter melius non est semper
melius quo ad aliquem propter eius indisposicionem propter
quod debet quilibet diligenter considerare in se ipso
quem effectum habeat huius sacramenti frequens susceptio
quia si ex hoc crescat fervor devotionis et po
tencia resistendi peccatis frequentandum est hoc sacramentum
Si autem aliter rarius est sumendum Ideo inter
vos Hic ostendit manifestum quoddam dictum scilicet quod sumens
indigne iudicium sibi manducat et bibit
Ad cuius evidenciam sciendum quod si deus omnia
mala penaliter puniret nichil futuro iudicio
reservaretur. Item si nulla mala puniret in
presenti eius providencia nulla hominibus videretur
neutrum autem est conveniens propter quod aliqua re
servat futuro iudicio punienda et aliqua punit
in presenti maxime circa principium legislacionis videtur
conveniens talis punicio ut ex terrore alii indu
cantur ad observanciam. Et sic Exo. 32o post
legislacionem in monte multa milia hominum occisa
sunt propter vituli conflatilis adoracionem Et similiter
in principio ecclesie post lacionem legis nove propter xpm
Anania et Saphyra puniti sunt subita
morte propter suum furtum et mendacium ut ex terrore
alii a consimilibus caveant Act. 5. Et sic in princi
pio ecclesie multi sunt puniti sensibiliter ex causa
propter indignam susceptionem huius sacramenti et per hoc
manifestabatur iudicium dei propter quod dicit Ideo i.
propter indignam eukaristie susceptionem inter vos
multi infirmi i. puniti divinitus infirmitate
corporali et inbecilles i. longa invaliditate
laborantes et dormiunt multi sompno mortis
corporalis a deo subito interfecti. Quod si nosmet
ipsos diiudicaremus i. confessionem faciendo emendando

et purgando an susceptionem sacramenti non utique
iudicaremur i. puniremur a domino per flagellum mortis. Nondum
vero quod apostolus iungit se aliis non quia esset culpa-
bilis sed ostendens se coniunctum cum eis ex compassione
Dum iudicamur autem a domino i. punimur dicto
modo corripimur quia talis pena ad correctionem
inducitur et hoc dupliciter Uno modo ad correctionem non
punitorum quorum punitio est per mortem corporalem Alio modo
ad correctionem punitorum et sic non punitorum
sed quorum punitio est per infirmitatem seu imbecillitatem
ut non cum hoc mundo i. mundane viventibus dampnemur eternaliter Itaque fratres hic ultimo concludit
apostolus intentum reducendo fideles ad de-
bitum modum dicens Itaque fratres mei cum convenitis
in ecclesia ad manducandum i. ad sumendum
hoc sacramentum invicem expectate ut simul
sumatis quia sacramentum est ecclesiastice unitatis
Siquis esurit non potens hoc expectare
domi manducet cibos suos communes post modum
in eukaristia non sumptus eadem die potest tamen
in alia communicabant enim fideles cottidie simul
in ecclesia primitiva ut non in iudicium conveniatis
i. ad dampnationem vestram Cetera autem cum
venero disponam Ex quo patet quod ecclesia multa
tenet ex ordinatione apostolorum que tamen in sacra
scriptura non habentur expresse propter quod servanda est
consuetudo ecclesie Capitulum Duodecimum

De spiritualibus autem Postquam apostolus pro-
secutus est de tribus sacramentis in quibus
errabant corinthii scilicet baptismo matrimonio
et eukaristia hic consequenter tractat de gratia que continetur
in sacramentis et dividitur in duas quia primo ponit in-
tentum secundo prosequitur ipsum ibi Divisiones Circa primum ponit
intentum dicens De spiritualibus autem i. de gratiis
a deo datis Nolo vos ignorare fratres i. in-
tendo vos instruere quia sicut dicit Bernardus magistra
ingratitudinis genus est ignorancie beneficiorum
receptorum Ideo hic prosequitur et dividitur in duas quia
primo commendat dei gratiam in generali secundo prosequitur
in speciali ibi Divisiones vero Circa primum commen-
dat dei gratiam ex tribus primo quia sine ea
moraliter primum non vitatur et quantum ad hoc dicit
Scitis enim quoniam cum gentes essetis i. gentiliter
viventes absque dei gratia ad simulachra
muta adoranda prout ducebamini euntes
et dicit ducebamini instinctu demonum vel propria

inclinatione vel hominum mala persuasione Secundo
commendat gratiam dei et per ipsam vitatur mortale
primum quantum ad hoc subdit Ideo notum vobis facio
quod nemo in spiritu dei loquens dicit anathema
ihesu i. blasphemiam contra christum et tamen hic bla-
sphemia large pro omni peccato mortali in quo
est quedam blasphemia inquantum separat a do-
mino propter hoc dicitur scilicet quod homo gratiam dei habens
sit impeccabilis quia non incitat ad vitandum gra-
tiam et ex ipso defectu potest mortaliter peccare sed tamen
operante ex gratia propter quod notabile dicit apostolus
Nemo in spiritu dei loquens i. gratia spiritus sancti utens
dicit verbo vel facto anathema ihesu i. quodcumque
separatum a christo Anathema enim separationem importat
scilicet a patre et spiritu sancto Tertio commendat gratiam dei ex
hoc quod nullus sine ea potest bonum meritorium operari
et quantum ad hoc subdit Et nemo potest dicere dominus ihesus
nisi in spiritu sancto Sed contra hoc videtur quod dicitur Matthei
Non omnis qui dicit michi domine domine intrabit in
regnum celorum gratia vero ad illud introducit ergo
potest quis dicere nomen ihesu absque gratia Dicendum quod
potest dicere in spiritu sancto aliquid dupliciter Uno modo
spiritu sancto movente non tamen habito et hec motio
duplex est Una per generalem influxum et isto modo
dicit Ambrosius quod omne verum a quocumque dicitur
a spiritu sancto est Alia per influxum specialem et
maiorem que excedunt facultatem nature et isto modo
Balaam multa futura predixit Numeri 22 Et cay-
phas prophetavit quod ihesus moriturus erat pro gente
Iohannis 11 Alio modo dicit aliquid in spiritu sancto ipso movente
et habito per gratiam in mente et isto modo intelligitur dictum
apostoli Nemo potest dicere dominus ihesus scilicet ita quod velit
sit ipsius dominus et ipse servus eius quod non
potest esse sine spiritu sancto ipsum inhabitante per gratiam
et movente saltem per influenciam generalem
Et hoc requiritur in omni opere meritorio in quo facto
se dicat homo servum ihesu christi eum dominum vocat
cognoscente Divisiones Hic consequenter apostolus pro-
sequitur intentum de gratiis in speciali et primo declarat
gratie gratis date conditionem secundo contra quas idem est
cum gratia gratum faciendo vel habet eum in-
separabile annexionem 13 capitulo 3o comparat gratias
gratis datas ad invicem 14 capitulo Prima in duas quia
primo distinguit gratias gratis datas in com-
muni secundo magis in speciali ibi Utrumque Circa
primum considerandum quod gratia gratum faciens principaliter

datur propter bonum illius cui datur sicut caritas que facit vitam beatam. Gratia vero gratis data datur principaliter propter bonum ecclesie et non illius cui datur. sicut dona prophetie vel linguarum vel huiusmodi que aliquando dantur non habentibus gratiam gratum facientem/ ad tertium vero utilitatem requiritur facultas loquendi vel operandi que dicitur donum gratie utpote per donum linguarum ut possit aliquis fidem predicare omnibus gentibus diversorum ydiomatum et per donum miraculorum ad fidem confirmandam. et de aliis gratiis gratis datis que dantur aliquando hominibus malis secundum quod dicitur Mathei 7º. Multi dicent mihi in illa die domine domine nonne in nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo demonia eiecimus et in nomine tuo virtutes multas fecimus et tunc confitebor illis quia numquam novi vos discedite a me qui operamini iniquitatem. Igitur quantum ad ista dona facultate loquendi vel operandi ad utilitatem ecclesie pertinentia dicit apostolus Divisiones vero gratiarum sunt quia plures sunt eas ut videbitur infra idem autem spiritus quia perfecte que sunt in earum divisione in deo sunt coniunctim. Secundo requiritur auctoritas que habetur per ministerium ut per apostolatum sacerdotium et huiusmodi et quantum ad hoc dicitur Et divisiones ministrationum sunt idem autem dominus cui omnia serviunt. Tertio requiritur operationum extensio et quantum ad hoc subdit Et divisiones operationum sunt in eodem enim officio et apostolatu et huiusmodi unus plus alio operatur ut paulus dixit de seipso j Cor. 15º Amplius illis omnibus laboravi et sicut in una gratia utpote prophetia vel gratia miraculorum unus alio plus habundat Idem vero deus qui operatur omnia in omnibus Effectus enim prime cause primo requiritur in omni effectu aliarum causarum Unicuique Hic consequenter accedit ad dictorum distinctionem magis in speciali et primo gratiarum secundo ministrationum ibi Et quosdam Primum adhuc in duo quia primo ponit gratiarum distinctionem secundo adhibet similitudinem ibi Sicut enim corpus Circa primum dicit Unicuique autem datur manifestatio spiritus id est gratia gratis data per quam spiritus sanctus manifestatur datur ad utilitatem scilicet ecclesie ut predictum est Alij quidem datur per spiritum sermo sapientie Circa istam distinctionem considerandum est quod sicut dictum est gratie gratis date dantur ad utilitatem ecclesie quod potissime fit per doctrinam quantum ad ea que sunt fidei. Ad que tria requiruntur primum est cognitio divinorum secundum confirmatio eorum tertium debita prolatio verborum quantum ad primum tria sunt necessaria primum est ut principalia sit certitudo

et quantum ad hoc ponitur fides que est certitudo de rebus invisibilibus que supponuntur ut principia doctrine katholice unde dicitur hebr. xi. fides est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium et accipitur hic argumentum pro certitudine. ex quo patet quod non accipitur hic certitudo evidentie sed adhesionis. unde et glossa pharisiis diffiniens fidem dicit fides est ignote rei miranda certitudo. Secundum est cognitio conclusionum principalium ex dictis principiis sequentium et quantum ad hoc dicitur Sermo sapientie que est cognitio rerum divinarum ex articulis fidei sequentium Tertium est cognitio effectuum per quos interdum ostenditur causa manifestatur. et quantum ad hoc ponitur Sermo scientie que est cognitio rerum humanarum quia invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Ro. 1º Circa secundum quod est confirmatio doctrine katholice sciendum quod in hiis que subsunt rationi naturali confirmatio est per argumenta ex principiis evidentibus deducta In hiis autem que sunt supra rationem divinitus revelata confirmatio est per ea que sunt divine virtutis propria. et hoc fit dupliciter uno modo quantum ad confirmationem fidei sit opus miraculosum et hoc si sit ad salutem corporum et quantum ad hoc ponitur gratia sanitatum. Sive ordinatur ad solam divine potestatis manifestationem ut statio solis vel ad huiusmodi et quantum ad hoc ponitur operatio virtutum Alio modo ad confirmationem fidei manifestatur aliquid occultum quod scire solius dei est proprium. sicut sunt contingentia futura et quantum ad hoc ponitur prophetia vel cordium occulta secundum quod dicitur Re. 16º Homo videt ea que parent deus autem intuetur cor et quantum ad hoc ponitur discretio spirituum Circa tertium est facultas pronunciandi aliis ea que sunt doctrine katholice duo requiruntur scilicet facultas ydiomatis ut pronuncians ab omnibus possit intelligi et secundum hoc dicitur genera linguarum et cognitio sensus eorum hec proferenda sunt et secundum hoc ponitur interpretatio sermonum dicitur apostolus Alij quidem datur etc. et patet ex dictis Circa tertium ibi Hec omnia operatur unus atque idem spiritus per hoc tollitur error gentilium qui diversas gratias attribuebant diversis diis ut sapientiam veneri. Sermonem mercurio. et tertio Dividens singulis per hoc tollitur error illorum qui dixerunt deum habere cognitionem rerum in universali tantum et non singularium prout vult hic tollitur error attribuentium diversitatem donorum fato seu constellationibus vel humano merito et non divinitati sicut te prime Sicut enim corpus hic consequenter manifestat predicta per similitudinem corporis naturalis et dicitur in duo quia primo

ponit similitudinem in generali 2o applicat magis in speciali ibi Nam et corpus. Similitudo autem consistit in hoc quod multa membra faciunt unum corpus naturale sic et fideles in Christo per baptismum facti sunt membra Christi et sic faciunt sub capite Christo unum corpus misticum. Dicit ergo Sicut enim corpus unum est etc. Ista unitas non est indivisibilitatis seu indivisionis indivisibilis qualis est unitas puncti nec continuitatis qualis est unitas lineae sed est unitas perfectionis quemadmodum unum perfectum ex multis constituitur ut habetur 5o metaphysice. Ita et Christus qui est caput nostrum unus est in persona et per quem omnes fideles sibi iuncti per fidem faciunt unum corpus misticum quod declarat cum dicit Etenim in uno spiritu scilicet sancto omnes nos in unum corpus misticum baptizati sumus qui baptismus est spiritualis generatio sive iudei sive gentiles quasi diceret hanc unitatem non impedit diversitas precedens baptismum sive servi sive liberi quasi diversitas conditionis hanc unitatem non impedit unde dicit Ambrosius In domino bona servitus et bona libertas eque laude appenduntur. Et omnes uno spiritu potati sumus in potu sacramentali. Nam et corpus. Hic consequenter similitudinem applicat magis in speciali et primo quantum ad corpus naturale 2o quantum ad misticum ibi Vos autem estis. Prima in duas quia primo describit corporis naturalis integritatem 2o membrorum similitudinem ibi Non potest. Circa primum dicit Nam et corpus non est unum membrum sed multa quia omnia membra concurrunt ad integritatem unius corporis compositi et perfecti ex multis organis deservientibus diversis anime potentiis unde 2o de anima dicitur anima est actus corporis organici physici etc. Et subdit Si dixerit pes quoniam non sum manus non sum de corpore etc. quasi diceret Non sequitur. Licet enim membra adinvicem distinguantur ex illis tamen perficitur unum corpus unitate perfectionis et potest dici de singulis membris. Quod probat consequenter ducendo ad duplex inconveniens. Primum est quod tolleretur id quod est necessarium corpori. Unde dicit Si totum corpus oculus ubi auditus etc. quasi diceret tolleretur. Et eodem modo potest dici de singulis membris quia sicut oculus est necessarius corpori ad dirigendum ita et manus ad operandum et pes ad ambulandum et sic de aliis. Unde subdit Nunc autem posuit Deus membra etc. id est sic disposuit ea in corpore quod unumquodque deservit toti corpori oculus enim videt pro toto corpore pes similiter ambulat et sic de aliis. Et ideo sunt unum in uno corpore. Quod si essent omnia. Hic ponit 2m inconveniens

quia tolleretur integritas corporis ad quam necessario requiritur diversitas membrorum ut probatum est. Unde dicit Quod si essent omnia unum membrum ubi corpus scilicet organizatum perfectibile ab anima quasi diceret nusquam. Propter quod subdit Nunc autem quidem membra multa abinvicem distincta unum autem corpus ex illis constitutum unitate perfectionis. Non potest. Hic consequenter ostendit similitudinem membrorum adinvicem et primo quantum ad necessitatem 2o quantum ad cultum exteriorem ibi Et que putamus 3o quantum ad mutuam sollicitudinem ibi Sed in idipsum. Circa primum dicit Non potest dicere oculus manui opera tua non indigeo etc. quia sicut manus indiget directione oculi ita oculus protectione manus ne ledatur et tersione si leditur. Et sic de aliis. Sed multo magis que videntur membra corporis infirmiora esse etc. sicut oculus qui facile leditur necessariora sunt. Directio enim oculi est in omnibus aliis membris valde necessaria et [illegible] mutua necessitate apparet manifeste omnia membra de integritate unius corporis esse. Et que putamus. Hic consequenter comparat adinvicem membra quantum ad cultum exteriorem quia magis adhibetur membris ignobilibus et hoc est quod dicit Et que putamus ignobiliora membra esse corporis ut pudenda et partes digestioni deservientes propter aliquam feditatem. Hiis honorem habundantiorem circumdamus id est diligentius tegimus. Honesta autem nostra nullius egent scilicet operimenti ut facies in qua vigent omnes sensus. Sed Deus temperavit corpus etc. id est sic ordinavit quod illa membra que videntur inhonesta diligentius tegimus ex instinctu nature cuius Deus est auctor. Ut non sit scisma in corpore id est ut appareat manifeste quod omnia membra sunt de ipsius corporis integritate. Sed in idipsum. Hic consequenter comparat membra adinvicem quantum ad mutuam sollicitudinem laborandi unum pro alio et compatiendi unum alteri unde dicit Sed in idipsum pro invicem sollicita sint membra sicut manus laborat pro omnibus aliis partibus et in tegumento defensione et similibus. Et siquidem patitur unum membrum compatiuntur omnia membra. Sicut patet quod leso pede statim oculus aspicit lesionem et manus apponitur ad consolationem. Sive gloriatur unum membrum ex cuius consolatione congaudent omnia alia membra manifesta [illegible] ex hiis omnibus patet quod pertinet ad [illegible] corpus. Vos autem. Hic aptat similitudinem corporis naturalis ad misticum dicens Vos autem estis corpus Christi per unionem [illegible] adinvicem et fidei ad [illegible]. Et membra de membro id est dependentia unum

vnum ab alio et ad vnum ordinata. Sunt autem
capitis oculi sunt prelati et doctores qui sunt
alios dirigere. Auditus vero clerici qui sunt corporis
discipuli. odoratus religiosi qui dant respiramen
celestium. Canticorum 1° In odore unguentorum tuorum curri-
mus. Manus autem potentes layci qui sunt defendere
potentiam clericorum et inferiorem populum. Pedes vero
vulgares homines scilicet laboratores et agricole.
et similes qui toti corpori ministrant sustentantes.
et licet sint ignobiliora membra tamen sunt valde
necessaria. Videmus etiam quod nullus status possit per
quiescere sine alio. propter quod debent prouidere sol-
licitum de mutuo pro communi vtilitate corporis ministri
sua officia exercentes. Et quosdam quidem. Hic post
distinctionem generalem distinguit ministratores et
diuiditur in 3 partes quia primo ponit distinctionem 2° manifestat
eam ibi Nunquid autem vos. 3° circa ministrationem ordinat
hominum affectionem ibi Emulamini. prima in 3 quia primo
distinguit ministratores principales 2° minus principales
ibi Opitulationes. Maiores autem ministri ecclesie
sunt discipuli ad quorum officia tria pertinent. scilicet
regimen populi. et doctrina. et miraculorum operatio
pro confirmatione doctrine. De hiis tribus dicitur Luc. 9.
Conuocatis autem duodecim apostolis dedit illis virtutem
et potestatem super omnia demonia et ut languo-
res curarent et misit illos predicare regnum dei. Quia
in potestatibus autem ordinatur illud quod est supremum
i. respiciat supreme potentie. Alia autem aliis gu-
bernantur. Regimen vero populi supremum est in hiis ecclesiis
quia ei duo ordinantur ad ipsum in regimine ecclesie.
primum est status apostolicus qui est superior ecclesie status.
et post eum alius status per ordinem. et hoc est quod
dicit apostolus Et quosdam quidem posuit deus
in ecclesia i. disposuit ordinate primum apostolos quibus
commissum est ecclesie regimen Luc. 22°. Ego dis-
pono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum etc. 2°
prophetas accipientes in mente a deo reuelationes. 3°
doctores qui reuelata exponunt inferioribus.
De hiis duobus gradibus dicitur Act. 13. Erant autem
in ecclesia que erat antiochie prophete et doctores.
nec est contra hoc quod dicitur Eph. 4°. Ipse dedit prophetas usque
ad Iohannem. Hoc enim dicitur de prophetis prenunciantibus
aduentum Christi in carne qui tunc cessauerunt non tamen
cessauit prophetia simpliciter. Quartus gradus est eorum quibus
committitur gratia miraculorum que fuit communicata aliis
quam apostolis. et quantum ad hoc dicitur. Virtutes quantum ad
eos qui faciunt miracula in celis. Exinde gratias

curationum quantum ad eos qui faciunt miracula in
corporibus humanis. Opitulationes. Hic quasi distin-
guit seruientes ministratores. dicit. Opitulationes
quantum ad illos qui ferunt opem maioribus
prelatis cuiusmodi sunt Decani Archidiaconi. Gu-
bernationes quantum ad prouinciales sacerdotes. Genera
linguarum quantum ad illos qui variis linguis loque-
bantur in primitiua ecclesia ne propter defectum ydiomatis
impediretur cursus doctrine. Interpretationes sermo-
num quantum ad illos qui occultos sensus ex-
planabant. Nunquid omnes. Hic quasi manifestat dictam
distinctionem per hoc quod scilicet non omnes ministra-
tores gaudebant omnibus sed diuisi diuisis. sicut
distincta officia distinctis membris corporis. oculus
enim videt et pes ambulat et sic de aliis. non
enim omnes expedit in dicto. Nunquid omnes apostoli
quasi dicat etc. littera. Emulamini. Hic quasi ordinat
affectionem hominum circa dicta ministeria que licet sint
bona et necessaria ecclesie. tamen non sunt appetenda
sicut caritas et gratia. que faciunt dignum vita
eterna. non sic autem dicta ministeria. Idcirco dicit Apostolus
Emulamini autem i. desiderate carismata meliora
i. meliora spiritus sancti dona. Et adhuc preter dicta
ministeria excellentiorem viam vobis demonstro
ostendendo ad priorem declarationem. Sequitur capitulum

Si linguis hominum loquar Cap. 13.
et angelorum. Postquam apostolus tractauit de hiis
gratis datis hic quasi tractat de caritate [13]
que est eadem cum gratia gratum faciente vel insepa-
rabilis ei annexa. et diuiditur in 3 quia primo ostendit
eius excellentiam respectu donorum predictorum quantum ad eius
necessitatem. 2° quantum ad eius vtilitatem ibi Caritas pa-
tiens est. 3° quantum ad eius stabilitatem ibi Caritas
nunquam excidit. Circa primum ostendit quod sine caritate non va-
lent dona que pertinent ad locutionem 2° quod nec
ea que pertinent ad cognitionem ibi Et si habuero
3° quod nec ea que pertinet ad operationem ibi Et si
distribuero. Per hec tamen intelligit omnia alia.
Dicit igitur Si linguis hominum loquar i. omnium hominum
per donum linguarum et angelorum etc. Circa quod
sciendum quod in angelis est duplex cognitio. Vna
qua vident in mente diuinam essentiam. et
de illa vnus non docet alium. quia omnes immediate
vident eam. Alia vero cognitio est in eis de
aliis rebus. et hec est duplex. Vna de misteriis
diuine prouidentie excogitandis. et de hiis superiores
docent inferiores et loquuntur eis et non econuerso.

Alia est de conceptibus pprijs et sic etiam
inferiores docent superiores et loquuntur eis
sic eg . Considerandum est etc. Aliquid naturaliter
notum vni quod non est alij notum et ideo quando
illud naturale notum ab vno angelo proponitur seu
ordinatur ad manifestandum alteri quod ei est oc
cultum tunc est locucio angelica que quidem
ordinacio dependet ex voluntate angeli
ponentis vel ordinantis et sic potest loqui vni
et non alteri potestas autem hoc faciendi dicitur angeli
lingwa . per hoc igitur intelligitur quod donum locucionis quan
tumcumque excellentis non valet sine caritate . ideo subdi
tur factus sum velud es sonans aut cymbalum
tinniens Bonus enim illud quantumcumque sit non in
est viuus sic et corpus viuit per animam quia caret
eis et cymbalum Sic enim corporale per caritate
viuit . propter quod omnis locucio que est sine caritate mor
tua est . Es autem eris quod est planum ex vna
percussione reddit simplicem sonum ideo significat eos qui
veritatem simpliciter annunciant Cimbalum autem eo
quod est gemmum ex vna percussione multiplicat sonum
ideo signat eos qui veritatem multipliciter annunciant adducen
cendo plures similitudines et eliciendo multas
graciis et huiusmodi Et si habuero hic ostendit idem
ostendit de donis pertinentibus ad cognicionem dicens
Et si habuero prophetiam per quam occulta diuinitus
reuelantur . 2 pet . 1o . Non voluntate humana
allata est aliquando prophetia sed spiritu sancto inspirati
locuti sunt sancti dei homines etc. et nouerim miste
ria omnia i . diuinitatis occulta que pertinent
ad sapientiam que in misterio abscondita est Et
omnem scientiam siue diuinitus datam ut apostoli habuerunt
siue humanitus acquisitam ut philosophi et si habuero
omnem fidem i . perfectam fidem ita ut montes
transferam Ex hoc obiciunt aliqui quod nulli
sancti habuerunt perfectam fidem quia non legitur aliquis
eorum montes transtulisse sed hoc non valet quia
manifestacio fidei per miracula datur ad vtilitatem
ecclesie ut dictum est supra . propter quod sancti fecerunt miracula
prout vtilitati ecclesie competebant . et si querens fuisset
montes transtulissent quia maiora fecerunt mor
tuos suscitando cecos illuminando et similia
que fieri non possunt nisi diuina virtute . translacio vero mon
cium virtute demonum posset fieri si dimitterent
a deo Caritatem non habuero nichil sum quantum ad
esse gracie Considerandum etc. quod apostolus loquitur hic de sapientia
et scientia prout sunt gracie gratis date quia haberi possunt
sine caritate sic prophetia et fides Non autem prout
sapientia et scientia computantur inter septem spiritus sancti
dona que sunt inseparabilia caritati inmeo
Et si distribuero hic ostendit idem omnino de donis
pertinentibus ad operacionem dicens Et si distribuero
i . in plures diuiso quia pietas ad plures se ex
tendit omnes facultates meas per hoc tangitur
opus pietatis math . 19o . Si vis perfectus esse vade
et vende vniuersa que habes et da pauperibus
Inter opera autem virtutis que sunt ad proximum
principaliter ponitur opus pietatis quia sic dicitur thimo 4o
pietas ad omnia vtilis est promissionem habens
vite que nunc est et in futuro . Et si tradidero
corpus meum etc. Inter omnia que sustinet homo
propter deum martirium est potissimum et maxime
cum quis offert se voluntarie propter quod hic comprimi
tur dicitur Et si tradidero corpus meum offerendo me
voluntarie propter christum ita ut ardeam quod est
magis genus afflictionis . caritatem autem non habuero
nichil michi prodest ad consecucionem vite beate quia
caritas dirigit opera in finem vltimum propter quod ipsa
sublata deficiunt ab illo fine Caritas autem
paciens est hic ostendit eminenciam caritatis quantum
ad vtilitatem quia per ipsam implentur omnia virtutis
opera primo hoc ostendit in duobus actibus quantum
virtutis cum dicit Caritas autem paciens est Omnis
enim actus virtutis consistit in hoc quod aliquis bene
sustinet sibi illata mala . vel in hoc quod bene operatur
quantum ad primum dicitur Caritas autem paciens est quantum
ad 2m dicitur benigna est etc. i . facit paciente
in malis tollerandis et benignum in bonis operandis
Benignitas enim dicitur quasi bona igneitas quod sicut
cum ex igne caritatis animus hominis sic liquescit
quod bona sua non sibi soli retinet sed ad alios
extendit Non emulatur hic ostendit quomodo explicat singula
in speciali opera virtutum que per caritatem efficiuntur
et dicit in dicendo quia primo ostendit qualiter caritas
facit vitare mala 2o qualiter facit agere bona
ibi Congaudet autem Circa primum sciendum quod homo
non agit malum contra deum sic ex ei nocent
sed sibi et proximo bene nocet primo igitur ostendit quod caritas
facit vitare mala contra proximum et 2o malum vel
est in affectu cum quis dolet de bonis proximi
et de malis eius gaudet quod sit per inuidiam

quam remouet caritas quod conueniat ei directio dicit Non emulatur id est non inuidet habens enim emulari plures significationes que continentur in hoc versu Emulor instat amat inuidet ac imitatur vel malum proximi est in effectu et dicit de cetero Non agit perperam id est peruerse Non inflatur hic 2º ostendit qualiter caritas facit vitare malum hominis in seipso primo quia remouet inordinacionem superbie que est principium omnis mali. Non inflatur quod caritas excludit tumorem superbie Inflatus enim licet magnitudinem apparentem sed non existentem. sic superbus videt sibi magnus cum tamen non sit secundum veritatem Et quia ambicio est filia superbie ideo consequenter dicit Non est ambiciosa id est facit ambicionem vitare 2º quod remouet inordinacionem cupiditatis et quantum ad hoc dicit Non querit que sua sunt repetendo eciam cum scandalo. 3º quia remouet inordinacionem ire et quantum ad hoc dicit Non irritatur id est non prouocatur ad iracundiam 4º remouet inordinacionem eleccionis que est in mente ideo dicit Non cogitat malum id est non permittit hominem cogitare qualiter perficiat malum in opere. Non gaudet super iniquitatem id est non permittit peruenire ad eleccionem extra malicia que faciunt de malo gaudere puta videlicet letantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis de quibus caritas magis facit lugere Congaudet autem hic consequenter ostendit quale caritas facit opus bonum et primo quo ad proximum cum dicit Congaudet autem veritati scilicet proximi. Que triplex est scilicet veritas vite. doctrine et iusticie Omnia suffert infirmitates proximi caritative supportando 2º facit opus bonum erga deum quod fit per virtutes theologicas ideo dicit omnia credit que sunt diuinitus tradita a quo non possunt tradi falsa cum sit prima regula veritatis Credere vero omnia que tradunt ab homine leuitatis est. Eccli. 19. Innocens credit omni verbo In hebreo habetur Stolidus credit omni verbo. ideo innocens autem hic pro deserto sumitur omnia sperat diuinitus promissa et ne spes frangatur propter dilacionem subdit omnia sustinet per longanimitatem paciencie expectando promissa Caritas numquam excidit hic consequenter ostendit excellenciam caritatis respectu aliorum donorum quantum ad permanenciam et diuiditur in duas quod primo ponit huius permanenciam 2º probat eam ibi Ex parte enim primo dicit Caritas numquam excidit. quod aliqui male intelligentes dixerunt quod caritas semel habita non potest amitti quod est falsum. quia dicitur Apoc. 2º. Caritatem tuam primam reliquisti ideo sic intelligitur dictum apostoli Caritas numquam excidit id est veniens consequenter quod sic homo caritatem non perdat nec auferatur a deo et hoc modo intelligitur illud I Joh. 3º. Omnis qui natus est ex deo non peccat scilicet numquam natus vel veniens gracia in hac natiuitate data. Item dicunt aliqui illorum non conueniat intencioni apostoli quod non loquitur hic de cessacione donorum spiritualium per mortem primum. Sed de cessacione donorum pertinencium ad hanc vitam per graciam suppliciente et ceterum modo caritas non excidit Quia sic est in via sic permanebit in patria cum augmento Siue prophecie euacuabuntur prophecia enim est respectu futuri status aut patrie futuri non cooperabit scilicet erit ibi finale complementum omnium et sic prophecia est cognicio enigmatica que cessat in patria ubi est clara cognicio Siue lingue cessabunt quod non est intelligendum de corporalibus linguis quod scilicet resurgent in integritate Sed hec cessacio non est intelligenda quantum ad vsum linguarum quia ibi est laus vocalis secundum quod dicit glossa super illud Ps. 149 Exultaciones dei in gutture eorum Sed intelligendum est de dono linguarum. quo qui in primitiua ecclesia linguis variis loquebantur. Act. 2º quod tunc cessabit quod tunc quilibet quamcumque linguam intelliget propter quod non erit ibi necessarium loqui variis linguis In primo enim statu generis humani erat vnius pluris et vnius labium omnium Gen. 11. Et multo magis videtur sic fore in vltimo statu consummacionis omnium Siue sciencia destruetur scilicet sciencia hic acquisita non tamen ad species intelligibiles vel quo ad habitum sed quo ad actum intelligendi qui est per conuersionem ad fantasmata. talis enim conuersione non indiget anima separata Ex parte hic consequenter probat premissum et 2º concludit intentum ibi Nunc autem Circa primum facit talem racionem Adueniente perfecto tollitur imperfectio ei opposita status autem glorie perfectissimus est id est ipso adueniente tollunt dona huiusmodi imperfectionem vel simpliciter vel quantum ad id quod est imperfectionis. omnia sunt huiusmodi preter caritatem que est eadem cum gracia consummata faciente vel habet eam inseparabiliter annexam quod in gloria tollunt omnia alia simpliciter vel 2º quod In ista racione sic procedit quod primo ponit minorem 2º maiorem cum sua declaracione id est Cum

aut venit. s. mior pbacom ibi videmus
nunc. Cor. p^m 9^t. Ex pte eni cognoscimus
i. imp̃fca est scia nra que hẽt in via et maxĩe
illa que est de deo. ad quem se habet intellec
tus sic oculus nocticorax ad lucem solis. 2°
methap^e. Et ex pte pphiam^s i. impfca est cog
nicio pphica. eo q est enigmatica. Et p ista
duo dona intelligunt^r alia impfca excluden
da. Cum aut venit hic gnt ponit maiorem
d. Cum at venit qd pfcm est i. status glie
qui est pfcissim^s euacuabit qd ex pte est i.
impfcm. qd declarat p sile de statu puerili
impfco qui cessat adueni^te statu virili pfco
d. Cum essem puul^s loqbar ut puulus s.
balbuciendo et impfce loqndo sapiebam ut
puul^s approbando aliqua que magis erant
reprobanda et silr aliq reprobando que mag^s
erant pbanda. Cogitabam ut puulus
s. vana et inutilia. qn aut fcus sum vir
euacuaui que erant puuli pdcti s. et psilia
pfcoi viri no queriencia. Videm^s nunc hic po^t
minorem pbacom. s. q alia dona a cari^te sunt
impfca. d. Videm^s nunc p speculum. Sensibile
eni cognoscit^r triplr. Uno^o p sui presenciam
in sensu. sic lux videt^r que recipit^r ppl sui dya
phoneitate. Alio^o p sui presenciam. s p spem
in sensu receptam. ti immediate a sensibili. sic
sic videt^r color. Tercio^o p spem no derivatam im
medi^te a sensibili in sensu s in alio. sic vi^r aliqd
in speculo. Sic de deo hẽt^r triplex cognicio nral
Uno^o p essenciam suam que soli deo conuenit
Alio^o p sili^tu a deo derivatam in cognoscente.
et hec cognicio conuenit anglo in essencia est
quedam dei silitudo p qua nralr cognoscit
deum. Tercio^o cognosci^r a nob qui in speculo ing^m
p creaturis a nob cognitas. sic p speculum adduc
imur ad dei cognicom. Ex ordine eni creaturarum
et earum boni^te venim^s in cognicom sapie et
boni^t diuine. 10 d^t. Videm^s nunc s. deum per
speculum in enigmate. quia hẽt creaturarum sili^tudo
ad deum obscura est et valde impfca. et pprie
ma cognicio de deo in via. tunc aut in pria
facie ad faciem i. clare et nude videbim^s
diuinam essenciam. nunc cognosco deum ex pte
i. obscure et impfce. tunc at cognoscam sicut
et cognitus sum a deo. Sic eni cognoscit

essenciam meam. ita tunc cognoscam essenciam suam
istud sic no imptat equalitatem cognicionis s silitu
dinem tm. Si aut ex dictis arguat^r q caritas
sic alia dona euacuabit quia nunc est impfca
dicendum qd non valet. qr qn impfco conuenit aliqui
pfce euacuabit adueni^te pfcoe. Si aut impfcit p
cuius manet. sic impfco est de roe puericie
no aut de roe hũani. et ideo adueni^te statu viri
cessat puericia. no aut humanitas cui p cuius
conuenit impfco. impfcom est in puero. impfco vo pfce
recipit sciam nram et pphiam ut pdcm est p
q euacuant. Cari^ti vo conuenit impfco p accidens
s p impfcom cognicionis adiuncte. Cari^ti eni conuenit
pfce in deum tende. s q nunc impfcm tend^it imp
est p cuius pt cognicom impfcom ut dcm est
pter q manet adueni^te impfcoe. Nunc at manet
hic gnt concludit concom principalit intentam
s q caritas excellit omnia alia dona. d. Nunc
aut i. tpe vite pntis manet fides spes caritas
tria hec. Et p ista duo s. fidem et spem intelli
gunt^r alia dona de quibus no fca^t expresse
mencom que sunt euacuanda in pria. Maior
aut hiis est caritas. Fides eni et spes sunt ex
cellenciora ceteris donis enumeratis q sunt
virtutes theologice que dant^r nob ad coniungend
nos deo. Alia vo dona sunt queda disposicoes
nob date ut reddam^r bn mobiles a spu scto
et sic ordinantur ad virtutes theologicas ut ad
fidem. Et ex hoc sequi^r q cum caritas sit maior
fide et spe. q sit eciam maior ceteris donis. Q
eni est maius maiore est maius minore. Sectam^i caritatem

Capitulum 14^m

Sectamini caritatem. Supius determinauit graciam gratis datarum
condicom. hic gnt circa eas ponit quandam
conparacom ostendens q pphia sit eminencior dono
linguarum. Et ad euidenciam dictorum considerandum q
ad pphiam requiri^r intellectuale lumen ad in
telligendum visionis signa. Pharao eni qui vidit
spicas Gen. 41°. Et Balthasar manum scriben
tem Dan. 5°. Ille dormiens. Iste vigilans
no fuit pphe ppe loqndo. quia no hueri
intellcom visionum. Sed Ioseph et Daniel qui
intellexerunt veri pphe fuerunt. Dici^r amplius
hic pphare visiones sibi ul aliis factas p lumen
intellectuale sibi datum expone. Vn dr Da
niel. 10. Intelligencia opus est in visione
Dicendum ergo q in primitiua ecclia pauci erant

quibus imminebat predicare propter quod deus tri
dedit donum linguarum multis. esset enim illis ut sic
impedimento quare possent officium predicatoris. Co
rinthii vero tamen non volebant magis hoc do
num habere quam prophetie et loqui linguis hic autem
plorare non intellectis proferre non explanata. Sic
simulatus presbiter potest loqui propheticas in latino non
in expone et similiter hanc intellectum apostolus prefert
prophetare loqui linguis et dividitur in duas quia primo harum
eminentiam ostendit 2o qualiter sit utendum utroque
dono ibi Quid ergo primum ostendit dupliciter primo rationibus
scripturis ex parte fidelium 2o ex parte infidelium ibi Fratres
mei prima in duas quia primo ostendit propositum quo ad
usum linguarum in predicando 2o in oratione ibi
Nam si orem prima in duas quia primo ponit propositum
pro eorum 2o per exemplum ibi Nunc autem Circa primum
commendat se primo ad precedentem dicens Sectamini cari
tatem quia dixit ipsam precellere ceteris dona ceterum preterea
ideo ex illo quasi concludendo dicit quia precessit dicit sectamini cari
tatem. Verum quia propter hoc non sunt alia
dona contempnenda ideo subdit Emulamini spiritualia
id est desiderate seu amate alia dona ut prophetie
et donum linguarum magis autem scilicet desiderate
ut prophetetis quia prophetia precellit donum linguarum
quod consequenter probat duplici ratione prima ponit cum dicit
Qui enim loquitur lingua diversis ydiomatibus
non hominibus loquitur scilicet ad utilitatem hominum Sic
enim donum est super per loqui lingua sine linguis
intelligibili locutio non intellecta. Sic siquis simplex
dicit horas canonicas non tamen intelligit vel non
explanat Sic cum simplex intelligit tamen scilicet verba
non tamen profert locutionis sensum quia nesciret exponere
primo ad intellectum indiget doctore etiam do
num linguarum non sufficiebat ad exhortandum
sive predicandum sed enim adorandum ideo subdit non
Sed deo cum quo loquitur homo in corde. Nemo
enim audit id est intelligit per talem locutionem sensum
misteria latentem spiritus autem sanctus loquitur misteria
id est sensus latentes per donum prophetie revelando. Et
ideo tale donum sequitur edificatio ecclesie ideo subdit
Nam qui prophetat id est sibi vel aliis revelata re
ferat et explanat hominibus loquitur id est ad utilitatem
hominum ad edificationem incipientium et exhor
tationem proficientium et consolationem lugentium
Ex predictis formatur talis ratio Illud quod est

ad honorem et utilitatem proximi est melius illo quod
est tantum ad honorem dei. prophetia vero est ad utrumque
sed donum linguarum ad honorem dei tantum ut ex dictis
patet. Qui loquitur hic ponit 2am rationem que talis
Melius est illud quo quis proficit sibi et aliis
cuiusmodi est prophetia quam illud quod proficit sibi tantum. sic
est donum linguarum per se tamen acceptum quia per se
non potest alios instruere et hoc est quod dicit Qui loquitur
lingua semetipsum edificat sibi proficiendo scripturas
recitando orando vel studendo Qui autem prophetat
scripturas recitando et explanando scripturis vel
verbis ecclesiam dei edificat id est congregationem fidelium
Et ne aliquis ex dictis crederet non esse curandum
de dono linguarum ideo revocat hoc dicens Volo autem
id est desidero vos omnes loqui linguis tamquam
aliquod malum magis autem scilicet volo vos prophetare
quod melius est ideo subdit Nam maior est
Qui in utroque dono prefulget ideo subdit
Nisi forte interpretetur scripturas explanando
quod pertinet ad prophetiam. et sic talis habet utrumque
donum scilicet linguarum et prophetie quod est melius
quam habere alterum tamen ceteris paribus Nunc autem fratres
Hic consequenter ostendit propositum per exemplum et primo per
exemplum sui ipsius dicens Nunc autem fratres si venero ad
vos linguis loquens id est utens tantum dono linguarum
quid vobis prodero. quia vobis prodero si vobis loquar id est vobis
explanavero dicta mea quasi diceret Nichil autem hec
explanatio potest esse. primo circa divina hominibus
occulta que tamen scire utile est vel expedit et quantum
ad hoc dicit aut in revelatione 2o circa humana
quorum cognitio ad salutem est utilis vel necessaria
et quantum ad hoc subdit aut in scientia que per se
accipiendo est de rebus 3o circa futura contingentia
et quantum ad hoc dicit aut in prophetia 4o circa mo
ralia et quantum ad hoc subdit aut in doctrina
Tamen que sine Hic ponit 2um exemplum in rebus
inanimatis scilicet instrumentis musicis que si sonum
confusum emittant nescitur quid canitur sed requiritur
determinatio soni per varium tactum instrumenti
et hoc est quod dicit Tamen que sine anima sunt vocem
dantia etc. Hic autem vox similitudinarie tamen quia
proprie loquendo vox solum est in animatis unde dicitur 2o
de anima vox est percussio aeris inspirati ab
anima ad vocalem arteriam cum ymaginatione significandi

et sic aīt hic vox ꝑ sono Cetā patent usq̄
ibi Etenim si incertam ibi ponit aliud exemplum
de tuba que alit sonit invitando ad festi-
ualit vocando ad ꝯsiliū et alit ꝓuocando ad bellū
ut hēt. lib. Numer. io ꝑt qd nullus ꝑpat se ad
bellum ñ sonet determinato mō ad hoc statuto
Et sic loqu. lingwar nō valet ad edifica
tionē ñ sp̄us eiꝯ explanet. et ꝑ litā usq̄
ibi Ita et vos ꝑ linguam spāno ꝑficiet eē
ñ manifestum smone dederit i. explanato
mō pdco. qd ptinet ad ꝓphiam. io subditur
Eritis enim in aera loquentes i. in vanum tam
multa ut s. ydiomata. et nichil sn voce e
i. sn cognitione vocis significate et sn locucionis
nichil est cognitum ad utilitatem eē ymo
derisibile est. sic loqui aliqd ydioma igno
ranti. io subdit Si g° nesciero virtutem vocis
i. eiꝯ significatum Ero cui loquor barbarus
i. extranee loquens. sic si aliquis sciens gemanicas
nonias et nō intelligens loquitur alti similiter
ignoranti. et io subdit Dicet vos ne sitis
sicut barbari qd debetis vitare Et ro subdit
tamen dicit Quoniam emulatores estis spirituum
i. emulatores donorum spualium querite ut ha
bundetis nō solum vbis sed magis intellim per
explanationem vbi. ꝓpter qd subdit Et io qui
loquitur lingwa i. hns donum lingwarum oret
ut interpretetur i. ut habeat ꝓphias tamq̄ melius
donum Nam si orem postq̄ ostendit eminenciam
ꝓphie respectu doni lingwarum in ꝑdicatione hic ostendit
ondit idem in oratione et pmo in oratione secreta 2° in
publica ibi Ceterum si Circa pmum sciendum
tum Oratio que reficit intellectum et affectum vel
mala est reficere melior est illa que reficit tm
affectum sic est in proposito quia ꝑ donum lingwarum ꝑferuntur
ꝑferri pnt vba orationis in quolibet ydiomata
tamen non intelligunt. sicut cum layci dicunt
orationem dominicam. vel aliquid huius devote et
tunc affectus elevatur in deum et reficitur
eiꝯ affectus nō tm intellectus. quia nō intelligit
que dicit Sed qui intelligit reficit affectus
eiꝯ et intellectus intellectus i. locutoris qui
ptinet ad ꝓphiam melior est dono lingwarum
huiꝯ vocis ponit minore d. Nam si orem
lingwa spūs meus orat i. affectus meus
in deum elevatur Spūs enim imponit quandam
vim motivam. et io voluntas que est affectus
et intellectus vocatur hic spūs. qui movet alias
potencias aīe ad agendum. mens autem mea
i. intellectus meus sn fructu est. quia nō intelligit
orationis ꝑferum. io concludit Quid g° est in fine
orabo spū orabo et mente. i. affectu et intellectu
psallam spū ut psalle est orare cū melodia
Ceterum si benedixeris hic idem ondit in oratione pu
blica. quia si ꝑplus intelligit orationem seu bndictionem
sacerdotis melius reducitur in deum et devocius
respondet Amen. io dicit Ceterum si benedixeris s. tu
sacerdos vel episcopus spiritu. i. absq̄ hoc qd ꝑplus
intelligit. quis supplet locum ydiote etc. q. d.
tus et a fidelibus separatus. maranatha
sic enim debet scribi. Sunt enim due dictiones et
prima valet in sermone. Dominus noster. et 2a idem quod
venit. Sed propter ignoranciam ydiomatis
et longitudinem temporis due dictiones coniuncte
sunt simul et ultima littera prime dictionis est sub
mota. est ergo sensus Siquis non amat dominum nostrum
ihesum christum Negando eum esse verum dominum celi
et terre sit anathema et subditur. Mara
natha quia dominus venit. scilicet ihesus christus venit
in mundum qui est verus deus et dominus omnium
Et videtur apostolus hoc specialiter dicere contra iudeos
obstinatos qui asserunt verum christum adhuc non
venisse. Consequenter apostolus imprecatur benedictionem
bonis dicit. Gratia domini nostri ihesu christi vobiscum usque
in finem. caritas mea cum omnibus vobis i. eadem
caritate vos invicem diligite qua diligo
vos et quia hec dilectio non est carnalis
sed spiritualis et ex deo ideo subditur Amen

xpo ihu dno meo amen Confirmacio est
dre bndiccionis in xpo cui est honor et gloria
in secula seculorum amen **Incipit Epistola
Pauli Secunda ad Corinthios
Capitulum primum**

Paulus apostolus ihu xpi Postquam
apostolus scripsit corinthijs instru
ens eos de sacramentis ecclesie in
epistola prima hic quarto scribit eis
de ministris ecclesie in epistola secunda. Cuius
racio fuit. quia post predicacionem
apostoli receperunt pseudo apostolos. quos equi
apostolis veris prefecerunt. propter quod apostolus scribit
commendans veros apostolos et doctrinam et vi
tuperans falsos et eorum falsitatem. Et diuiditur
hec epistola in .2. partes. scilicet in salutacionem et nar
racionem que incipit ibi Benedictus. Circa primum
primo ponit persone salutantes cum dicit
Paulus apostolus etc. exponatur ut supra Ro. 1°
per voluntatem dei id est eius eleccionem ut habetur
Act. 13° Et thimotheus frater hunc adiungit
apostolus in salutacione sua ne corinthij crederent
ipsum retulisse aliqua mala de ipsis apostolo
ut insinuat per eos post primam apostoli epistolam
missam ut habetur in fine huius epistole Contra
ponit persone salutate cum dicit Ecclesie dei id est
congregacioni fidelium que est corinthi etc.
achaie incipli. 3° ponit optata bona ibi
Gracia vobis scilicet in presenti que est principium omnis
boni meritorij et pax in futura felicitate que
quietabit totaliter appetitum a deo patre nostro
id est tota trinitate et dno ihu xpo a tota enim
trinitate proueniunt nobis dicta bona mediate
xpi incarnacione Benedictus deus premissa
salutacione hic quarto ponit narracio epistole
in qua sic procedit apostolus quia primo captat
corinthiorum attencionem 2° ponit suam excu
sacionem ibi Et hec confidencia 3° suam prosequitur
intencionem 2° ca° prima adhuc in .2. quia primo
captat attencionem reiterando quedam in
generali 2° magis in speciali ibi Non enim volumus
Circa primum sciendum quod ex beniuolencia redduntur
auditores attenti. propter quod apostolus captat eorum
beniuolenciam ostendo quod quicquid facit ad
vtilitatem eorum facit et primo vtilitate

quod ipso eis prouenientem declarat. 2° racionem
allegat ibi Cum sicut habundant. Dicit igitur
Benedictus deus id est gracias ago sibi. Dicere enim dei
est facere Ps. 32° Dixit et facta sunt Dicere
vero hominis non est facere. Et ideo quando deus benedicit
nobis. aliquod donum nobis tribuit. sed quando nos
deo benedicimus nichil ei attribuitur sed solum sibi
gracias agimus dicit id est Benedictus deus id est tota
trinitas et pater id est persona patris. dni nri ihu xpi
in quo exprimitur persona filij. et ideo intelligitur
simul persona spiritus sancti cum sit nexus amborum
pater misericordiarum auferens a nobis omnem miseriam
et deus totius consolacionis conferens nobis bonum
totalis quietacionis mentis secundum scripturam. qui consolatur
nos in omni tribulacione nostra aliquem eruendo
et alij premium promittendo et pacienciam tribuendo
quod frequenter est melius et magis expediens
quam erui a tribulacione temporali Sed quia tamen conso
lacionem dedit deus apostolo non solum propter se sed et
propter aliorum vtilitatem sicut dedit lucem soli non
solum quod ipse luceat sed et ut alia illuminet. ideo
subdit Vt possimus et ipsi consolari. scilicet verbo et exemplo
eos qui in omni pressura sunt per exhortacionem
id est proponendo eis premium eternum. sic a deo est
nobis promissum. et exponendo eis exemplum. indu
cendo ad tollerantiam passionum. sic a deo sunt
nobis reuelata. Cum sicut habundant hic quarto
allegat sui dicti racionem. et quia duo dixerat
scilicet quod consolacionem a deo recepit in suis tribula
cionibus. et quod hoc redebat ad vtilitatem fidelium
ideo primo persuadet primum dicens Cum sic habundant
passiones xpi id est tribulaciones. que in capite xpo
inceperunt in nobis. scilicet apostolis a quo capite de
riuate sunt. Ita et per xpm habundat consolacio
nostra propter quod dicitur in Ps. 93° Secundum multitudinem
dolorum meorum in corde meo consolaciones tue leti
ficauerunt animam meam. et hoc est valde conso
latorium persuadet secundum dicens Siue autem tribulamur
pro vestra exhortacione et salute id est hoc redit
ad vtilitatem vestram in quantum exemplo mei ad tollerandum
tribulaciones debetis animari Siue consolamur etc. et
sic redit ad consolacionem vestram in quantum habetis confidenciam
boni promissionem Siue exhortamur a deo per
internam reuelacionem pro vestra exhortacione

et salute. Hoc enim vos magis instruimus et ad opera salutis inducimus. ideo subdit Que operatur. i. que exhortatio a nobis proposita vobis operatur tollerantiam. id est reddit vos fortiores ad tollerantiam passionum earundem quas et nos patimur. Exhortatio enim que fit verbo et facto efficacior est. Et quia patientia discipuli firmat spem magistri de stabilitate eius in bono et perseverantia, ideo subdit ut spes nostra firma sit pro vobis. q. d. ex tollerantia enim nostra firmiter speramus quod premium beatitudinis consequamini. propter quod subdit Scientes non certitudine evidentie sed adhesionis quoniam sicut socii passionum estis in presenti sic eritis et consolationis in futuro. Non enim volumus vos ignorare. Hic quarto captat eorum benivolentiam recitando quedam in speciali. et primo recitat quandam persecutionem sibi factam. et 2º consolationem sibi a deo factam. et 3º prosequitur 2ª ibi Non quia. Illa vero tribulatio fuit excitata contra paulum ephesum per quendam argentarium ut habetur Act. 19º. De qua dicit hic Non enim volumus vos ignorare fratres de tribulatione nostra quia nobis erat parte mala que facta est in asia in qua est ephesus. quoniam supra modum gravati sumus et supra virtutem scilicet naturalem gravati sumus. Sed contra hoc videtur esse quod dicitur 1. Cor. 10. fidelis deus qui non patitur vos temptari supra id quod potestis etc. Dicendum quod duplex est virtus sive potestas. s. nature et gratie. Supra virtutem vero nature saltem de qua beneficio permittit deus aliquos fideles temptari. sed tunc dat virtutem gratie ad posse sustinere et loquitur apostolus 1. Cor. 10. de 2ª et ibidem statim subdit Sed faciet cum temptatione proventum ut possitis sustinere. ita ut tederet nos etiam vivere propter pondus et tribulationis aliquis prolongatio vite reddit tediosa. Sed contra hoc videtur quod dicitur Jaco. 1º. Omne gaudium existimate fratres cum in temptationes varias incideritis. Dicendum quod tribulatio secundum se considerata horribilis est et tediosa. et loquitur hic apostolus in comparatione. tamen ad finem est iocunda. ut potest ad consecutionem beatitudinis ordinata. Matheus 5º. beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum celorum. Sic medicina amara propter consecutionem sanitatis est amanda. Sed ipsi in nobisipsis responsum

mortis habuimus. i. firmam opinionem moriendi tunc. ut non simus confidentes in nobis. i. virtute propria sed in deo qui suscitat mortuos. id est quasi dicat Deum reputo ac si nos a morte resuscitasset et adhuc eripiet in futuro adiuvantibus vobis etc. Non solum fiet hoc ex merito meo. sed propter orationem pro nobis ut ex multarum personis faciei. i. ex personis multarum conditionum secundum etatem statum et sexum. Ex hoc enim quod deus dat beneficium alicui ad preces multorum non solum obligatur ad gratias agendas deo ille qui beneficium recipit. sed et omnes per quorum orationem hoc fit. propter quod deus aliquando dat ad preces multorum ut omnes obligentur ad gratiarum actiones quod et cedit in bonum omnium. eius que in nobis est donationis. id est i. pro beneficio nobis collato per preces multorum multi gratias agunt deo. Nam gloria nostra. Hic quinto ponit causam dicte consolationis que causa ex parte consolati et dividitur in 3 partes. Nam secunda primo ponit. 2º testimonium ad hoc inducitur ibi Non alia scribimus. Circa primum sciendum quod consolatio apostoli consistebat in firma spe divini auxilii ut ex dictis patet. talis autem spes causatur ex hominis consciencia quod vivit secundum dictamen conscientie et puritatem et rectitudinem quod faciebat apostolus. ideo dicit Nam gloria. id est quasi dicat. Deo securus confido de divino auxilio propter testimonium conscientie que remurmurat malo intus et congaudet bono. Et huius testimonio debet homo magis credere de propria bonitate quam testimonio hominum qui vident tamen exteriora contra illos qui reputant se bonos ex hoc quod ab aliis laudantur. quod in simplicitate quantum ad rectitudinem intentionis et sinceritate quantum ad bonitatem operis in se. que duo requirunt ad bonitatem actus. s. quod opus sit bonum ex genere et ex fine intentionis. Dei. Hoc addit quod talia non habet homo a se ipso sed a deo et ad quem debent ista referri. Et non in sapientia carnali. id est i. non innitendi terrene sapientie. sed gratie divine. conversati sumus in hoc mundo. i. inter homines. habundantius autem ad vos. Hoc dicit apostolus quia illis predicavit absque hoc quod acciperet ab eis sumptus ut habetur infra 11º capitulo. quos tamen accepit ab aliis. Non enim alia. Hic 2º inducit testimonium ipsorummet corinthiorum qui per experientiam sciebant probantem dominum apostoli esse verum ex sua conversatione inter eos et per epistolam prius missam. ideo dicit

Non enim alia scribimus vobis quam que legistis
in epistola a me prius missa et cognouistis
cognoscendo conuersacionem meam Spero autem quod usque
in finem cognoscetis id est perfecte sicut et cognouistis
nos ex parte imperfecte. hoc dicit quia recipiunt pseu
do apostolos quos aliqui eorum veris apostolis compa
bant. tamen apostolis sperat de bono fine. scilicet quod perfecte
cognoscant simplicitatem et sinceritatem suam
et aliorum verorum christi discipulorum ea approbando et falsam
pseudo apostolorum reprobando Et ideo hoc subdit
racionem dicens Nam gloria vestra sumus in quantum predicacione
nostram cum adiutorio dei ad gloriam perducemini
Sicut et vos nostra quia predicacionem qua vobis
fecimus gloriose premium expectamus In die domi
ni ihesu christi scilicet in die iudicii que sic dicitur
quia tunc voluntatem suam faciet in omnibus creaturis
Et hac confidencia Postquam apostolus excitauit
corinthiorum beniuolenciam ad capitanda
eorum attencionem hic consequenter ponit suam excusa
cionem et diuiditur in duas quia primo excusacionem ponit
secundo explicacionem eius subdit 2o ca. Primam in duas
quia primo recitat suam promissionem et 2o ponit
super hoc suam accionem ibi Cum hoc ergo voluisse
3o subdit suam excusacionem ibi Fidelis deus
Circa primum sciendum quod in prima epistola missa corin
thiis ab apostolo. quam in nouo habemus promisisset
apostolus corinthiis visitare eos cum transiret
macedoniam et iterum per eos reuerti de macedo
nia. postmodum vero in secunda epistola quam habemus
et est apud nos prima. ultimo capitulo. quod prius
iret in macedoniam quam corinthum et sic
videbatur prime promissioni contradicere propter quod dicit Et
hac confidencia id est quia scitis puritatem consciencie mee
cognouistis et gloria mea estis in hoc in quantum co
gnouistis volui prius venire ad vos cum intrarem
macedoniam ut secundam graciam haberetis
a me. scilicet graciam visitacionis personalis preter
graciam predicacionis tempore vestre conuersionis Hic est
ordo prime promissionis cui videtur contrarius ordo
secunde. Cum hoc ergo voluissem Hic consequenter super
hoc ponit accionem corinthiorum contra se. quia
aliqui dicebant ipsum mutasse propositum circa
eorum promissum ex animi leuitate Alii vero
quod hoc faceret ex carnali affectu propter quod dicit

Cum hoc ergo voluissem nunquid leuitate usus sum
mutando propositum ut mihi imponitis aut que co
gito secundum carnem cogito id est ex affectu carnali ut
sit apud me est et non id est duplicitas et falsitas
ut aliqui vestrum estimant Fidelis autem deus
Hic consequenter ponit suam excusacionem et dividitur in duas
quia primo concludit falsitatem eorum 2o assignat veram
ibi Ego autem primo adhuc in duas quia dupli
citer ostendit se non fecisse ex aliqua duplicitate
seu falsitate Et tamen prima racio ex officio predica
cionis a deo sibi imposito in quo non stat talis
duplicitatis seu falsitatis set veri omnimoda vitatis
quia tale officium imponitur a deo qui est ipsa veri
tas per essenciam et hoc est quod dicit Fidelis au
tem deus a quo sum apostolus institutus quia sermo
noster qui fuit apud vos et ab ipso dictatur
Non est in illo est et non id est aliqua falsitas Dei
enim filius ihesus christus qui est via veritas et
vita Joh. 14o qui in vobis per nos predicatus est
videlicet per me et siluanum Iste est qui vocatur
silas Act. 15o. et thimotheum et non fuit in illo
scilicet christo est et non id est aliqua duplicitas sed est
in illo fuit scilicet quia omnes promissiones patribus
factas a deo fideliter impleuit ideo et per ipsum dicimus
amen deo id est fideliter ostendendo eius fidelitatem
ad gloriam meam quam per christum consecuti estis tamen
dicitur non sunt dicenda in vobis Qui autem confirmat
nos Hic ponitur secunda racio. que tamen ex usu diuini
officii Nam apostoli predicantes loquebantur ex speciali mo
cione spiritus sancti math. 10o ca. Non enim vos estis
qui loquimini set spiritus patris vestri qui loquitur in vobis
et hoc modo non potest homo mentiri sicut hoc
possit quando loquitur ex se ipso et hoc est quod dicit
Qui autem confirmat nos vobiscum in christo id est spiritus
sanctus qui coniungit in vera fide adinuicem et cum
christo et qui vnxit nos deus gracia sua et qui
signauit nos signo crucis in baptismo et confirma
cione et dedit pignus spiritus in cordibus nostris
De racione pignoris duo sunt. scilicet quod tantum valeat
quantum res ipsa cuius est pignus. 2o quod non habeat
res cuius est pignus in spe. Sic in proposito spiritus
sanctus est pignus in sanctis beatitudinis eterne/ equalis
enim est bonitatis eius quod expectamus in futuro
que est ipsa trinitas. eadem enim est bonitas in

vna psona que in tribus et supplementum est
q homo loquens ex sono sciti in habitatione et mo
do ut sic no pt sum dice Ego aut testem hic
quia ponit causam vnam quare no venit sm pro
missi formam et gfirmat dcm suu dupli
iuramento s. attestacois d. Ego aut testem
deum invoco. Et execracois ibi In animam
meam i in piculu aie mee. q parcens vob non
veni ultra corinthum i postq a vob discessi
dicit aut parcens vob Erubebat enim eos plumi
mile corrigibiles et sic ex adventu suo ad
corrigendum potuisset inter eos oriri sedicio
et mai9 piclm Non quia dnam hoc dicit ap9
q posset aliquis de corinthijs dice q aplus
loqueret nimis dnatiue. Sed. parcens vob ideo
hoc excludit d. Non quia dnam. et. q d. non
dixi hoc ut dns vri sed ut coadiutor gau
dij vri quod expectat. quia fide stat firmo
fales in virtute fei. et no ex coactione aliqua.

Stabui autem Capitulum Secundum
postq aplus posuit excusacom suam
hic qnt explicat eam exprimendo du
cam qt quia non venit corinthum sm for
mam pme pmissionis 2a. ponit ibi Cum at
venissem pma ea est. quia sic dcm est time
bat ne ex suo adventu peius cecidisset et sic
tristiam sn utilitate huisset. quam explicat dupr
pmo in gnali 2o mag in spali ibi Siquis
aut Circa pm sciendu q sic dcm est aplus timu
it ne eius adventus eet inutil ymo nociu9
vce dcm et sic huisset tristiam sn utilitate ppter
qd disposuit tuc non venire s magis scribere
eplam pmissam revocans eos ad pniam ut
sic cu veniret eos ad correccom dispositos in
veniret et sic materiam gaudij ex pnia corin
thiorum p qd patet q dilacio sui advent9 fuit
valde rona. et hoc est qd dicit Statui at
i firmit disposui hoc ipm apud me i tunc
ad vos no venire psonalr s scribe ne itm in
tristicia tunc excepte mea q vra venire ad vos
vce pdca Si enim ego contristo vos indispositos
et quis est qui me letificet q d. exponis apud
vos gsolaci non possum ni a vob Tristatus
aut no pt alim letificacio subdit Nisi q
contristatur ex me i vos p me contristati

si tunc venissem quod non fiet sed oppositum
Et hoc ipm scripsi vobis ut non cu venero tristi
ciam sup tristiam habeam fuit enim pmo gtristat9
de pcco cor. et 2o mag gtristatus fuisset
de incorreccone cor de quibus oportuerat me
gaudere inveniendo vos penitentes gfidens
in omnibus vob. hoc vobis scribo gfidens q
sic vos disponatis ppniam q habeam in gaudij
materiam. quia gaudium meu oim vrm est
i gstrgit de bono oim vrm Nam ex multa
tribulacone et angustia Angustia ppe est
in mte ex quia redundat tribulacio carnis
in corpe Et utrq gtigat aplo ex corin
thior pcco io subdit Scripsi vob revocans
vos ad pniam per multas lacrimas a me
fusas p expiacone pcci vri Et quia aliquis
posset crede q hoc scribam ad cor gfusionem
et tristiam. io hoc revocat d. Ut no gtristemini
s. hoc scripto s ut sciatis qua caritate habeam
erga oms fideles habundanci9 in vob q
illos gutiat ad fidem ut ex pdicis pter
qd mag zelabat p eis Et loqui hic aplo
ut mag moveant amore q timore Siquis
aut hic qnt ponit ca sue tristie in spali
de quodam qui eum gtristauat. s. iste enor
mis fornicator qui uxore pris sui habebat
ut het. 1. Cor. 4o. et dicm in d. q pmo ont
quialr eum gtristavit 2o de eius pena agit
ibi Sufficiat illi Circa pm dt Siquis aute
contristavit me et cum hic sup quia quia
iste nephan9 eum gtristavat non me gtristat
s. totalr sed ex pte i sm quod est em dupr
tristia Una que absorbet et devicit rom et
ista sm phm no cadit in sapientem
nec fuit in aplo Alia que aliquantulu tbat
rom qn quis turbat de malo alti9 et hec
fuit in aplo. tuq letabat de bono alior
io subdit ut non onerem oms vos impo
nendo vobis oibus onus s. q contristavit
me Nam nilti vrm letificaverunt me ex
sua bona gusacone Sufficiat illi hic qnt
amplius agit de pena illius et q pene
medicine sunt cont morbum pcci io scienci9
est remitte de pena debita q ea agnacie
sicut sciendi9 est vti debiliori medicina q

nimis forti ꝑt. qd dicit pho. 1° ethicoꝝ q
exhiberi est diminutum penaꝝ et sic facit
hic aplus. Et ad hoc alios inducit d. Suf
ficit illi qui eiusmodi est scz dicto fornicatori
ab integritio hec que fit a pluribus i. que est
ea mia tua sic est separacio a iniunitate p excomi
cacom. quod fm fuit sathane ad affligend
ad horum ut het. 1. Cor. 4° Si enim dimius
corrigeret posset desperare quod est pessimu
io subdit Ita ut econtrario magis donet aliq
remittendo de pena debita ꝑt piculu despa
tois et consoletis ingerendo eoꝝ exempla
qui sustinendo penam p suis pctis ꝑaiaut
consecuti sunt dei graciam et alii maiore q̄ hcent
cm lapsum ne forte habundanciori tristia absor
beatur p desperacom ut dcm est ꝑpter qd obsecro
vos ut confirmetis in illum caritatem veram
ondendo et signa caritatis Ideo enim scripsi vobis
ista ut cognoscam experimentum vrm. i. ex
perienciam scilicet vri an in oibus obedientes
sitis hoc dicit q prius mandauat ipm
puniri et obedierunt et nunc mandat alid
de pena remitti. qd si faciant appat eoꝝ
obediencia pfecta. Et q deant hoc facere ont.
d. Cui aut aliquid donastis et ego. Nā
em ipi remiserunt aliquam pena aliam
et rogauerunt eciam aplm q ipe remitteret ipe
acquieuit peticioi eoꝝ in tali dispensacione. ideo
subdit In psona xpi qui no pt errare q
alii remitte no expedit honori xpi et ecce
ut no circumueniamur a sathana i. no deci
piamur a dyabolo. quia alii temptat platos
de nimia ussa correctoe sub spe zeli iusticie
et alii de nimia pieta sub spe mie. io subdit
Non em ignoramus cogitaciones eius s. sa
thane quod intelligitur est in gnali q semp
intendit homies decipe In spali aut sic
no pnt n a deo et ab eo cui reuelauerit
Cum venissem aut hic ponit sedacoem dila
cois aduentus apli ad corinthios. que e
ne fructus maior impediret apud alios
Circa qd pmo ponit sui itineris pcessum
2° pcessus fructu i Deo gras Circa pmum dicit

Cum venissem aut troadem ꝑpter euangelium xpi
i. ꝑpter pdicacom euangelii. et hostium michi
apertum esset i. corda auditoꝝ ex deuocoe
in dno i. p dnm hoc dicit aplus q pmo opz
q pma ꝑpacio ad graciam sit a deo. s. qd dr
trenoꝝ 5° ca. Conuerte nos dne ad te et con
uertemur. Non habui requiem spui meo. i. volunta
tis mee in ꝑpo firmate q videbam corda parata
ad audiendum et pdicare no poteram. et huius
subdit cam. d. Eo q no inueni titum frem
meum Duo em imminebant aplo faciend
s. resiste infidelibus et hereticis. et pdicare
audire volentibus vtrq̄ vo p se no poterat
Sed si titum inuenisset. p se restitisset adu
sariis ad quod requiri maior sciencia. et p titum
pdicasset qui ad hoc sufficiebat et erat magis
eloquens in lingwa greca Licet em aplus omnes
lingwas sciret loqui. tn magis facundus erat
in hebrea. et ꝑpter hoc aplus fuit no remi
sit introadem io subdit Sed valefaciens
eis i. fribus pnnis ꝑfectus sum in mace
doniam hoc aut scribit aplus corinthiis
q tunc titus erat apud eos. ad sedandum
eoꝝ dissensiom et sic erant in ea dilacois
aduentus apli ad eos Deo aut gras hic
gnt ondit aplus itineris sui fructum et diui
in. d. q pmo fructu hunc ondit 2° ab hoc
fructu alios aplos excludit i Et ad hec qs
Circa pmum dt. Deo aut gras Nam omnia qd
bona deo pncipaliter est attribuenda quia semper
triumphat nos xc. i. facit nos triumphare de
hereticis p disputacom Act. 6° Non poterant re
siste sapie et spui qui loqbatur. Et de psecu
toribus facit nos triumphare ꝑpacientiam s. i.
nobile vincendi genus est paciencia vincit
vincit qui pati si vis vince disce pati Et
odorem noticie sue manifestat p nos in Noticia
vo de deo habita p scias humanas solu illu
at intellcm ut q deus est vnus immutabi
lis et huiusmoi. Sed noticia de deo p sacram
scripturam habita. ut q est redemptor et glorificator
tor. et huiusmoi. inflamat affcm ꝑpter qd est
odorifera Cant. 1° Curremus in odore vn
gentoꝝ tuoꝝ Quia xpi bonus odor sum xc

predicando hanc doctrinam per exemplo et verbo ad
honorem dei. Dicit in bonis et malis. ideo subdit
Aliis quidem. i. malis odor mortis in mortem quia
ex hoc movet ad invidiam et odium contra nos
predicantes que mortificant animam eorum auferen-
tes et ducit ad mortem eternam. Aliis autem i.
bonis odor vite in vitam quia per hoc movet ad
dei dilectionem que vivificat hic per graciam et ducit
ad vitam beatam. Et ad hec quis hic contra albor
sencium (?) falsos apostolos concludit dicens. Et ad hec i. ad
predicandum hanc doctrinam sanam et puram quis
tam ydoneus quasi dicat pseudo apostoli quos recepistis
non sunt huiusmodi. Sed veri apostoli tales. propter quod probat
contra dicens. Non enim sumus scilicet nos veri apostoli sicut
plurimi adulterantes verbum dei. Adultera enim
dicitur mulier que semen suscipit ab alio quam a proprio viro.
Semen autem est verbum dei Luc. 8o. propter quod dei
gloriam et honorem suscipiendum est ad predicandum
et ideo qui propter questum vel vanam gloriam illud
predicant adulterantur. quod faciebant falsi apostoli. Sed
ex sinceritate i. pura intencione nos veri apostoli pre-
dicamus. quod debet fieri propter ea que subduntur
primum dicitur. Sicut ex deo. i. sicut missi ex deo. nun-
cii et ministri debent esse puri. Levit. 6o ca. Sancti
eritis quoniam ego sanctus sum. et habet primum 2m tan-
tum dicitur Coram deo. i. ipso nobis assistente. in cuius
presencia oportet loqui pure et sancte 3m ibi In christo
loquimur. i. de christo qui est purissimus et sic patet quod predicacio
nostra debet esse sincera racione mittentis assistentis
et materie predicabilis. Capitulum tercium

Incipimus iterum. Postquam apostolus preparavit animos
auditorum hic contra excepit (?) probabiliter propositum de
ministerio ecclesie prosequitur (?). Et quod primo bonos
commendat 2o malos vituperat. ideo ca. prima in duo quia
primo commendat novi testamenti ministerium 2o exhor-
tatur auditores ministrorum verbum ca. 6o. prima in tres
quia primo commendat ministerium novi testamenti ex eius
dignitate 2o ex usu ca. 4. 3o ex fide. 5 ca. prima
in duo quia primo removet quandam obiectionem 2o ponit
ministrorum ecclesie commendacionem ibi Clari (?) et ydoneos.
Circa primum sciendum quod cum paulus esset vir de mi-
nisterio ecclesie posset ab obire quod ipse vellet se ipsum
commendare et propriam laudem querere ministros ecclesie
commendando. Hoc autem removet apostolus duplici racione
primo quia talibus non indigebat 2o quia ea non
querebat in fiduciam autem dicit i. Incipimus iterum
nosmetipsos commendare. quasi dicat Non scilicet ad manife-
stacionem virtutis et ostensionem falsitatis hoc dicimus
ad honorem dei. Aut nunquid egemus sicut quidam
falsi apostoli commendaticiis epistolis i. ad nostram comme-
dacionem ad vos scilicet missis aut ex vobis scilicet ad alios.
Tales enim impetrabant epistolas falsi apostoli ad maio-
rem extorquendum questum quasi dicat apostolus talibus non
indigemus et subdit causam huius dicens. Epistola nostra
i. nostre dignitatis manifestativa vos estis qui
per me conversi estis ad fidem Scripta in cordibus nostris
quia recentem memoriam de vobis iugiter habebat
que scitur. magis notum est omnibus quam ea que est
instructi et legitur in quo ostenditur veri ad bonum ex-
citant et ad reverenciam veri. Sed quia conversio
infidelium principaliter attribuenda est deo apostolis tamquam mi-
nisterialibus ideo subdit Manifestati quoniam epistola
estis christi tamquam principaliter operantis Ministrata a nobis
quia ministraliter cooperati sumus. Et scripta non atra-
mento quod est debile sed spiritu dei vivi i. spiritu sancto
vivificante corda. Non in tabulis lapideis
sicut lex moysi sed in tabulis cordis i. in cordi-
bus per caritatem dilatatis carnalibus i. tene-
ribilibus per obedienciam promptam. Fiduciam
autem onsd hom commendacionis. cuius nunc contra ont
quem non querebat. per hoc quod quicquid agebat boni
non sibi sed deo attribuebat. ideo subdit Fiduciam
autem talem habemus per christum ad deum. i. audaciam loquendi. Non
quod sumus sufficientes cogitare. quod est minus quam dicere
vel facere. Et per consequens si illud est. quod minimum in huma-
nis actibus deo attribuit et illud quod est maius
a nobis quasi ex nobis. ut quasi dicat. licet aliquid agam per
liberum arbitrium non est causa sufficiens boni operis
sed divina mocio et liberum arbitrium salvat tamen
dicit A nobis. Et graciam dei commendat cum dicit quasi
ex nobis. Et sic duplex error tollitur. Primus
illorum qui deponunt liberum arbitrium nichil agere
in meritorio opere sed totum est a deo quia non est
excommunicandum illud. Alius est error pelagii
dicentis quod inchoacio boni operis est a nobis consu-
macio autem a deo qui tollitur per hoc quod dicitur quod in
bona cogitacione deus operatur principaliter. cum boni operis
principium est cogitacio nostra. Motor enim prima
moventis equivari in moventibus secundis que dispo-
nit omnia suaviter. propter quod movet omnia ad fines
suos consequendos secundum condicionem nature ipsorum. Et illa
quorum est ut sint libere voluntatis et libe-

mouet ad actus suos s. caritas vocales Alias
aut non libere. sicut motus est in caritate. sicut
quod ideo est libere faciat quod facit Qui et ydo
neos Remota obiectione hic quantum commendat mi-
nistros eius et primo quantum ad officii dignitatem
2o quantum ad cognitionis excellentiam ibi Habentes igitur
Prima in 2 quia primo ostendit noui et veteris testamenti
differentiam 2o arguit ministrorum noui testamenti dig-
nitatem ibi Quod si ministratio Dicit ergo apostolus
quod sufficientia nostra ex deo est. Ideo continuans se dicit
subiungit Qui s. deus nos fecit et ydoneos
nos fecit ministros noui testamenti Deus enim
disponit omnia suauiter unde quantum dat unicuique rei
virtutem exequendi propriam operationem ad consequendum
debitum finem. propter quod deus dedit apostolis sancti
spiritus donum ut essent ydonei ad exequendum suum
officium si non ponetur impedimentum a parte recipi-
entium Officium autem ipsorum fuit ministerium noui
testamenti. ad quod exequendum illos ydoneos fecit
Non littera sed spiritu quia nouum testamentum non fuit
datum apostolis per scripturam sed per infusionem spiritus
sancti illuminantis corda eorum in cognitione veritatis
et inflammantis affectum per ardorem caritatis propter
quod dicitur lex spiritus. Testamentum autem vetus lex
littere. quia scriptum fuit in libro et aspersum sanguine.
ut habetur Exo. 24o. Et hec differentia veteris testamenti
et noui habetur Jere. 31o. Ecce dies venient
dicit dominus et feriam domui israel. et domui
iuda fedus nouum non secundum pactum quod pepigi
cum patribus vestris etc. Et subdit circa quale nouum
dicitur testamentum spiritus. et veteris testamenti lit-
tere dicitur. Littera enim occidit quia testamentum vetus
cognitionem peccati dabat. non gratiam. et augebat
concupiscentiam occasionaliter ex malicia humana
que semper nititur in vetitum. et sic augmentabat
peccatum quod occidit. ut plenius dictum fuit Ro. 7o cap.
Spiritus autem viuificat. s. spiritus in quo data est
lex noua. ut dictum est. propter quod fuit noua per
legem veterem Quod si ministratio. hic quantum ex dictis
arguit excellentiam et dignitatem ministrorum
noui testamenti. quia ministerium veteris testamenti
quod fuit minus habuit gloriam et dignitatem ministrorum
quod fuit ... sic patet in aaron et filiis eius ex dedicatione ve-
teris testamenti. et multomagis ministerium noui
testamenti quod est maius. habet gloriam et dignitatem
ministrorum huius. Circa hoc primo ponit veritatem

2o remouet obiectionem ibi Nec glorificatum Circa primum
dicit Quod si ministratio mortis i. ministerium veteris testamenti
quod dicitur ministratio mortis occasionaliter ut dictum est litteris
deformatum in lapidibus i. in tabulis lapideis
moysi traditum fuit in gloria i. in reuerentia Ita
ut non possent intendere filii israel in faciem moy-
si propter gloriam vultus eius i. propter claritatem vultus
eius. Ubi enim nos habemus faciem cornutam Exo.
34o. Alia translatio habet faciem splendidam. Appa-
rebant enim in facie moysi quidam radii proceden-
tes sursum angulariter in figura cornuum que
euacuatur quia vetus testamentum cessauit adueniente
nouo quantum ad ceremonialia et iudicialia. modo
superius dicto Ro. 3o cap. et plenius dicetur in prima epistola
ad hebreos. quomodo non magis ministratio spiritus i. mi-
nisterium noue legis quod promissum est apostolis erit
in gloria i. in honore et reuerentia. quasi dicat multomagis
debet esse. Et in idem redit subdit Nam si ministratio
dampnationis est i. veteris testamenti quod dicitur dampna-
tionis occasionaliter. unde quantum malicia hominis nititur in vetitum
et sic in transgressionem precepti que est mors culpe.
et ducit ad mortem gehenne. Et hec materia
scilicet quomodo lex erat occasio peccati fuit pertractata diffu-
se Ro. 6 cap. Multomagis habundat ministerium
iustitie i. nouum testamentum in quo spiritus sanctus datur
gratia iustificans. in gloria. quasi dicat multo plus Nam
nec glorificatum hic remouet obiectionem que posset
fieri. quia posset aliquis dicere quod licet nouum testamentum
sit excellentius veteri tamen hoc est manifestum. ideo
non est desendendum propter nouum sicut dicebant illi qui
simul cum euangelio legalia obseruabant Ideo contra hoc
seruo ostendit quod nullam gloriam habebat vetus testamentum
in comparatione ad nouum dicens Nam nec glorificatum est
quod claruit. i. vetus testamentum quod fuit in ista
parte etc. i. in comparatione ad nouum que est per christum et
habitus mira propter excellentiam noui testamenti
Sic stella licet habeat aliquam claritatem comparata
tamen ad solem obscuratur. Adducit adhuc aliam
rationem Illud enim quod datur ad modum transeuntis non
est tantum sicut manens. Vetus autem testamentum fuit
sicut impositum aduenientis perfecto Nouum autem sicut manens
sit. quod inchoatur in via et perficitur in patria
Luc. 21o. Celum et terra transibunt. et hoc est quod
dicitur Si enim quod euacuatur s. vetus testamentum
per gloriam est i. habuit aliquam reuerentiam et honorem

ymaginem qd manet .s. nouum in gla ostr
debet esse Habentes igit hic qm ondit excellen
ciam ministrorum ecce quantum ad cognicom ad au
declaracom arripit illud qd hetur Exo 34o .s. Et
moyses velam facie ppo loqbatur ad designand
q vitas in veti testamto figis et enigmatibus
erat velata quia omia gtingebant eis in figura
2a Cor 10 . Aliqd vo pt velari dupl Vno ex pte
rei que debet videri .s. qn sup eam poni vela
men Alio ex pte videntis .s. qn velamen poni
sup oclos eius . Et vtroq mo erat velamen
in veti testamto .s. ex pte rei q vitas erat
velata figis ut dcm est Et ex pte iudeorum q
malicia ut in plibus impediebat a cognice vi
q quoddam velamen oclorum ment ut Sapie 1o In
malivolam aiam no introibit sapia Primum
aut velamen amotu est p xpm q p ipm fige
sunt cplete et explanate In cui sig velu
templi scissum est et fuit in ei passione Luc 23o
2m aut velamen adhuc manet in iudeis ob
stinatis sz in illis qui recepunt fidem amotu
est vtroq mo q p gram spus sci illuiante
pnt gtemplari libere vitatem et hoc est qd dr Habentes
igit talem spem .s. q gla noui testamti manet
multa fiducia vtimur .i. offim nrm exeqm
nos ministri ecce Et no sicut moyses et ex dcis
pz litera usq ibi Sed obtusi sunt sensus eorum .i. ocli
mentales usq in hodiernum diem qntm ad iudeos
obstinatos Ipsm velame in lecone veteris testamti
manet no revelatum .i. a corde eorum no amotu
sicut sit amotum ab ipa re pp xpm ut dcm est io
subdit Qm in xpo .i. p xpm euacuat Cetera
patent ex dcis usq ibi Cum aut gusus fuit
ad deum .s. ppls isrl circa finem mdi auferet
velamen de corde eorum Dns aut spus est liber
.i. dns libertat io subdit Vbi aut spus dni
ibi libertas .s. gtemplandi vitatem remoto ve
lamie ab oclis ment io subdit Nos vo oms
.s. xpiani et potissime ministri ecce revelata facie
.i. mte que dr facies spualis maxime viget ibi
cognicio intellectualis sic oms hoies in facie
corpali glam dni .i. ihu xpi et no solu moysi
speculantes .i. in speclo racois cognoscentes et q
cognicio sit p assilacom cognoscent ad cognitu
io subdit In eandem ymaginem transformam

a claritate .s. natalis cognicois et gre in clarita
visionis bte tanq a dni spu q hoc no in
est infidelibus ppa vtute sz spus sci eos do
cent Ro 8o Qm spu dei agut hij filij dei sunt

Ideo habentes postq Capitulum Quartum
apls gmendauit noui testamti ministeri
hic gmt hui ministery vsum gmdat et
pmo quantum ad operacom boni 2o quantum ad tollam
acam mali i Hemus tesaurum pma in 2 q
pmo qd dcm est facit 2o quandam obieccom ex
cludit i Qd si et opertu est Circa pmum d Ideo
habentes hanc amistracom .s. ministeriu tante
dignit ut pdcm est iuxta qd miam gsecuti
sumus nos ecce ministri ad hoc p dei miam
vocati non deficimus ab vsu et execucoe ipius
sz pmpte et debite exeqmur sz abdicamus .i.
abiciam occulta dedecor .i. sordes pctorum No
solu que extius patent sz et que intius late
pnt non ambulantes in astucia .i. in sllacoe
et ypocrisi neq adulterantes vbu dei ex
ponend ut sup cao 2o sz in manifestacoe vitat
ad dei glam et fideliu salutem Comenda
tes nosmetipos ad omem gsciam hoim .i.
no gmdamus nos vbis sz ex opibus que
facim gmdabiles nos reddim in gsciis
hoim Sed quia hoies decipi pnt no aut
deus qui intuet cor Ro 16 io addit Coram
deo Sic igit tal tangit sic que faciunt
execucom debitam ministery eccie sz exterior
et interior mundicia intencio recta doctrina
sana Qd si et optum est Hic remouet ob
ieccom que posset fieri cont dcta Dixit eni
se dare in manifestacoe vitas posset ais obie
cone eo q multi gdicebant sibi et sic
no erat in dcis eius vitas manifestata Ad
hoc rndet aplus q hoc no pueniebat ex pte
sue pdicacois sz ex malicia gdicentiu que
impediebat eos cognoscere vitate vn Sap
1o In malivolam aiam no introibit sapia
et hoc est qd dicit Qd si et optum est euan
geliu aliquibus eius vitate no capientibus
In hijs qui pereunt est opertu .i. hoc pcedit
ex malicia eorum In quibus deus huius sli et
hoc ponatur dupl Vno mo de errore huius

mundi qui ex de mundo tenebrarum retraxit lumen gratie sue ab eis et iuste et sic per consequens operatur contra se. Alio modo de dyabolo quem imitantur seculariter viventes et sic potest dici deus huius seculi sicut dicitur princeps huius mundi Joh. 12o ca. Nunc princeps huius mundi eicietur foras qui excecat seculariter viventes avertendo eos a veritate ut non fulgeat illuminacio ewangelii glorie Christi in cordibus eorum qui scilicet Christus est ymago dei patris et per consequens est similis plenitudo luminis secundum illud quod dicitur Hebr. 1. Qui cum sit splendor et figura substantie eius. Sed quia simpliciter vocatur ewangelium suum et hic vocat ewangelium Christi posset aliquis credere duplex ewangelium esse. Ideo hoc removet per hoc quod eiusdem ewangelii Christus est auctor dicens Non enim nosmet ipsos predicamus tamquam auctores ewangelii sed Ihesum Christum dominum nostrum. Nos autem servos vestros per Ihesum committendo vobis doctrinam Christi. Et declarat quare dicit Quoniam deus qui dixit de tenebris lucem splendescere scilicet lucem corporalem creando et ipsam a tenebris separando. Etiam 1o. Illuxit in cordibus nostris id est deus consimiliter lucem spiritualem infudit nobis ad cognicionem ewangelice veritatis non solum propter nos sed etiam propter alios. Ideo subdit Ad illuminacionem sciencie claritatis dei id est ad manifestacionem noticie divine in facie Christi Ihesu id est relucentem in facie eius humanitatis per notitiam divinam que traditur in ewangelio cognoscat ipse Christus. Habemus autem thesaurum. Hic consequenter agit de usu ministerii ewangelice quantum ad tollerantiam mali. Et circa hoc primo ostendit pacientiam ministrorum ewangelice, 2o tamen huius pacientie id est Semper mortificationem, 3o manifestat utrumque ibi Semper enim nos. Circa primum dicit commendando se predictos Habemus autem thesaurum istum scilicet illuminacionem dei dictam in vasis fictilibus quia in hoc mundo sumus contemptibiles persone tribulacionibus et angustiis exposite ut sublimitas id est illud magnum quod facimus in edificacione ewangelice et conversione sit virtutis dei id est totum deo attribuatur et non humane potencie dignitatis vel sapiencie quod posset fieri si apostoli fuissent divites potentes et honorati sicut est de lege Machometi. Sed contrarium fuit in apostolis. Ideo subdit In omnibus tribulacionem patimur sed non angustiamur. Ille angustiatur dicitur qui non videt pati aliquod remedium in tribulacione sicut est

de confidentibus in hoc mundo. Et ideo angustiam in tribulacione quem sibi deficit humanum remedium. Sed sancti non angustiantur quia in tribulacionibus eis adest solacium. Aporiamur id est de paupertate arctamur a porvos gratie quod est paupertas [illegible] sed non destituimur quia sancti pauperes curant de subsidiis divinis temporalium cum sibi remanent divicie spirituales que non possunt violenter amoveri. Persecucionem patimur fugiendo de civitate in civitatem sed non derelinquimur nam deus est ubique socius itineris nostri. Humiliamur id est contempnimur sed non confundimur quia non sentimus in nobis tamen debitam confusionis. Deicimur id est ad pericula mortis impellimur sed non perimus quia deus semper liberat suos aliquando visibiliter sicut liberavit tres pueros de camino ignis, aliquando invisibiliter eos de presenti miseria transferendo ad requiem Sap. 3o Visi sunt oculis insipiencium mori illi autem sunt in pace. Semper mortificacionem. Hic consequenter ostendit huius pacientie causam et primo facit quod dictum est, 2o manifestat per exemplum ibi Semper. Ad evidenciam primi considerandum quod in Christo duplex fuit status. Unus mortalitatis quam passibilem assumpsit in qua penalitates huius vite et tandem mortem sustinuit. Alius autem est status vite immortalis vite glorificata qua vincebat corporaliter anima eius a principio concepcionis derivata fuit ad corpus in sua resurrectione quia in corpore glorioso. Hec est id est causa pacientie sanctorum. Et hoc enim quod sperant firmiter conformari Christo resurgenti qui paciencer sustinent tribulaciones huius mundi in quibus conformant Christo pacienti. Et hoc est quod dicit apostolus Semper mortificacionem Ihesu Christi conformitatem ipsi pacienti in corpore nostro circumferentes id est ubique tribulaciones paciencer sustinentes ut et vita Ihesu gloriosa in corporibus nostris manifestetur in futura resurrectione in qua corpus resurget impassibile et incorruptibile. Semper enim nos qui vivimus. Repeticio est eiusdem sentencie ad maiorem assercionem et quod sancti non solum paciencer tollerant propter spem future resurreccionis sed etiam quod viviant ex hoc exemplo Christi pacientis. Ideo subdit apostolus Ergo mors scilicet Christi in nobis operatur inclinando nos ad tollerantiam passionum. Vita autem in vobis id est vita Christi operatur in nobis confirmando spem resurreccionis. Ideo subdit Habentes autem eundem spiritum fidei. Sed mors Christi non sic operatur in vobis sicut in nobis quia non estis in talibus tribulacionibus in quibus sumus. Et tamen salvari per eandem fidem quam et nos

Quod consequenter confirmat per scriptum psalmi cxv. dicens Credidi propter quod locutus sum. Et patet expositio dictorum littere usque ibi Omnia enim propter vos hoc est omnia facimus et sustinemus propter vos instruendo verbo et exemplo ut gratia scilicet dei habundans a nobis in vos per multos in graciarum actione habundet in gloriam dei idest multi resurgent ad graciarum actiones ad gloriam dei. Propter quod non deficimus. Hic consequenter maniſtat quod dixerat de pacientia apostolorum in persecutione ponitorum dicens propter quod idest propter reparationem corporis Christi passi et propter spem resurrectionis immortalis non deficimus in tribulacionibus quod ad huc maiora sustinere parati sumus. Sed licet is qui foris est homo noster corrumpatur idest ipsa natura sensitiva tendat ad corruptionem ex passione etatis et pondere tribulacionis. Tamen is qui intus est scilicet intellectiva natura renovatur de die in diem purgacione culpe et consequentia gracie. Id enim quod in presenti idest tribulaciones temporis presentis momentaneum est et leve quia sunt brevis duracionis et parvi ponderis respectu premii futuri de quo subdit supra modum in sublimitate eterne glorie pondus operatur in nobis expectantibus ipsum. Et dicit hic in sublimitate dignitatis que est premii eternum et duracionis infinite pondus operatur prosopopeia que prosopopeia consuevit loqui dicitur magni ponderis. Vel dicit pondus quia premium glorie gravat ut grave mentem non contemplantibus nobis que videntur idest si sunt ista in nobis quia non tendimus ad bona transitoria et visibilia sed ad eterna et invisibilia premia que per fidem et spem firmissime credunt et per spem certitudinaliter expectant.

Capitulum quintum

Scimus enim. Hic consequenter commendat misterium novi testamenti ex fide sive ex premio. Licet enim ex hoc tetigit aliqua in precedenti. Hic intendit magis complete et dividitur in tres partes primo tangit de huius premii certitudine 2º de debita ad eum preparacione ibi Et ideo contendimus 3º de eius universalitate ibi Omnia autem ex deo. Prima in duas quia primo agit de hoc premio 2º de eius desiderio ibi Nam et hoc ingemiscimus. Circa primum quod dixerat in fine precedentis capituli quod ipse et alii apostoli non attendebant ad bona transitoria sed ad eterna dicens Scimus enim idest certitudine habemus per fidem formatam quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis idest corpus nostrum terrenum quod se habet ad animam sicut tamquam domus ad inhabitantem dissolvatur per mortem quod edificacionem ex deo habemus domum non manufactam eternam in celis quod aliqui exponunt de corpore glorioso in futura resurrectione habendo et dicit hic non manufactam quia virtute nature non erit gloriosum et domum eternam quia ab eterno a deo predinata. Sed quoniam apostolus videtur loqui de hoc quod statim post mortem realiter habet a sanctis corporibus immortalitas habetur tamen in spe et non in re. Ideo melius videtur exponi de gloria anime que statim habet a sanctis omnino purgatis. Et dicitur habitacio propter excellenciam ipsius ad anime capacitatem Io. xiiiiº In domo patris mei mansiones multe sunt. Dicitur etiam domus eterna non manufacta quia gloriose celestis obiectum deus qui est increatus et eternus. Nam et in hoc ingemiscimus. Hic consequenter agit de appetitu huius premii et dividitur in duas quia primo tangit hoc ponit appetitus nature et gracie quandam repugnanciam 2º unius victoriam ibi Audientes idest. Circa primum sciendum quod appetitus est inclinatio sequens formam. Est autem in nobis duplex forma scilicet naturalis et gracia spiritualis et per consequens duplex appetitus scilicet nature et gracie. Appetitus autem nature inclinat ad conservandam unionem anime cum corpore et dissolucionem refugit et abhorret. Appetitus autem gracie inclinat ad consecucionem glorie que consistit in clara dei visione et eius fruicione. Ideo si anima posset consequi gloriam absque dissolucione huius corporis mortalis appetitus gracie tendit in consecucionem glorie celestis absque retardacione per appetitum naturalem. Sed quia hoc non potest fieri ideo appetitus naturalis eo quod refugit simpliciter dissolucionem habet contrariari quodammodo et repugnat appetitui gracie et hoc est quod dicitur Nam et in hoc ingemiscimus idest desideramus cum tedio dilacionis habitacionem nostram que de celo est idest glorie consecucionem superindui vestimento glorie quod non convenit corporibus nostris ex natura sed a deo datur. Propter quod indumentum dicitur cupientes appetitu gracie Si tamen vestiti et non nudi inveniamur idest si absque dissolucione corporis corruptibilis quo utitur anima ut vestimento possemus superindui gloria tunc absque aliquo retardante appetitus gracie in hoc resideret. Sed quia hoc est impossibile ideo retardatur per naturalem appetitum dissolucionem corporis et anime abhorrentem propter quod subdit Nam et qui sumus in hoc tabernaculo idest in hoc corpore mortali ingemiscimus gravati de dissolucione corporis et anime eo quod nolumus expoliari corpore per mortem sed supervestiri glorie vestimento non tamen ita quod mortalitas corporis simul maneat cum gloria

tur. quia hoc esset impossibile nobis sed in solo christo
factum fuit per dispensationem dei ad opus redemptio
nis. ideo subditur. Ut absorbeatur quod mortale
est a vita. id est ut ipsa mortalitas per gloriam superveniente
tollatur manente corporis ydemptitate. quod fiet
in resurrectione. Sed quia oportet mortem intervenire
quam refugit appetitus naturalis. ideo est sibi re
pugnantia appetitui. Verum quia utrumque appe
titus est a deo a quo est natura et gratia. ideo subditur
Qui autem efficit nos in hoc ipsum scilicet utrumque
appetitum Deus est. ad quem talis inclinatio
sequitur. scilicet et gratiam per quam spiritus sanctus habitat
in nobis. ideo sequitur. Qui dedit nobis pignus spiritus.
Est enim spiritus sanctus pignus glorie. vide supra 2º ca.
huius epistole. Audientes igitur. Hic ostendit quis
duorum appetituum vincat in sanctis hominibus scilicet appe
titus gratie dicens. Audientes igitur semper. id est absque formidine
mortis desideramus gloriam et scientes. id est certitudine
habentes quoniam dum sumus in corpore scilicet mortali pere
grinamur a domino. id est oportet nos esse separatos ab eo. per
fidem enim ambulamus. id est in enigmate ipsum deum
cognoscimus et non per speciem. id est clare facie ad fa
ciem. ideo subdit. Audemus autem et cetera. Circa quod sciendum
quod ad fortitudinem pertinet in periculis mortis sus
tinere non temptari rationabiliter. sed fortitudo infusa
non solum hoc facit sed etiam facit in talibus aliquid
delectari. Act. v. ca. Ibant apostoli gaudentes
a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine
ihesu contumeliam pati. Et hoc est quod dicit apostolus
Audemus autem sed certitudine et bona volun
tate habemus. id est delectationem in mente magis peregrinari
a corpore dissolucionem huius corporis per mortem sub
ire et presentes esse ad dominum. id est ut per hoc habeamus
claram dei visionem et perfectam fruitionem. Et sic
appetitus gratie vincit in sanctis appetitum nature. Per hoc
autem quod dicit apostolus bonam voluntatem conclu
ditur error dicencium animas sanctas a corpore separatas
a visione divina retardari usque ad iudicium.
quia dicit apostolus hic bona voluntate habemus magis
peregrinari a corpore per mortem et presentes esse ad deum
Ex quo patet intentionem eius esse. quod anime sancte non
habentes purgandum separate a corporibus statim sunt
deo presentes per apertam visionem. Et ideo contendimus.
Hic ostendit agit de operatione ad hoc finem conse
quendum que operatio triplex est. 2ª ponit ibi Scientes igitur
3ª ibi Itaque nos. Prima autem operatio ad hoc est quod
homo querit placere deo qui est dator huius premii.
et hoc est quod dicit. Et ideo id est propter consecutionem glorie
contendimus. id est cum quadam pugna resistimus indi
cantibus et dyaboli temptationibus sive absen
tes sive presentes. quasi dicat. Non vitamus adhuc absen
tes. id est dum sumus in presenti vita non potuimus esse deo
per gloriam placere illi per resistentiam. Et subdit con
sistenciae causam dicens. Omnes enim nos manifestari
oportet ante tribunal Christi. id est in iudicium eius pre
sentem. In tangitur hic quatuor conditiones communi indi
cij. scilicet eius inevitabilitas ibi Oportet nos. generali
tas ibi omnes. claritas ibi manifestari quia iudi
cium apparebit omnibus iustum singulis videntibus
omnia bona et mala. Iudiciaria potestas ibi Ante
tribunal Christi. Sublimitas Christi qui est verus homo
et verus deus ibi Ut referat unusquisque. id est penam
sententiam de cessatione legalium ondit manifestata
esse iustam hic consequenter inducit gala
thas ad eius observanciam et dividitur in duo
quia primo inducit ad hoc ex evasione mali
2° ex consecutione boni ibi Nos in libertate
primum autem malum quod evaditur per sententiam
apostoli est servitus que est mors anime ideo
dicit State quinto in fide katholica Et nolite iterum
iugo servitutis contineri legis enim servitus
erat quasi importabile omnibus ut dictum est supra
iiii° 2m malum est amissio gracie propter quod
tamen dicit Ecce ego paulus etc. et 3a tercia
3m est obligacio ad universam legem
faciendam quod nunquam a viro potest quinto facere
quod nota cum dicit Testificor autem etc. Sicut
enim in susceptione baptismi obligatur recipi
ens ad fidem katholicam servandam sic in cir
cumcisione obligabatur ad legem mosaicam
faciendam quia lex mosaica dicitur lex
factorum sic lex cristiana dicitur lex fidei Ro. 3°
4m malum est separacio a cristo et hoc notatur
cum dicit Evacuati estis a cristo qui in lege
iustificamini etc. i. in observancia legalium
queritis iustificari reputantes non sufficere vobis

ad salutem fidem cristi et per quod blasphematis
eum tamquam impotentem Nos enim spiritu i. per
spiritum sanctum ex fide s. cristi spem iusticie expectamus
i. eternam beatitudinem que est merces iusticie per
cristum date Nam in cristo ihesu neque circumcisio etc.
i. ad salutem que per cristum datur circumcisio vel
preputium nichil operatur sed fides que per dilectionem
operatur Fides enim sine operibus mortua est
Iac. 2° cap. et ideo non sufficit ad salutem
consequendam ad quam requiritur vita gracie ¶
Currebatis hic infert conclusionem ex dictis s.
quod galathe impediti erant a processu iusticie
per falsos apostolos dicit Currebatis bene ad bra
vium salutis eterne quis vos impedivit s.
abiciendo cristum sicut docens vos veritati non
obedire non erat hoc ex ignorancia sciens
quod hoc erat per falsos apostolos sed ex admiracione
sicut dicit Bab[iloni]e Luc. 2° Quis me tetigit ergo
persuasio hec s. servando legalia non
est ex eo qui vocat vos quia non ex in
fimitu[?] cristi sed dyabuli Modicum fermentum
bonum enim consistit ex omnibus circumstanciis
bonis malum autem ex singulis defectibus
ita quod una sola circumstancia mala facit
totum actum malum Et sicut in congregacione
fidelium unus perversus in fide corrumpit alios
quia tamen apostolus confidebat de correccione
galatharum subdit Ego confido de vobis quod
ad mentem meam vos corrigente in domino
i. per adiutorium meum ita quod nichil aliud
sapietis nisi veritatem cristianam quam predicavi vobis
qui autem conturbat vos asserendo quod sine circumci
sione salvari non potest portabit iudicium etc.
s. suum i. penam sibi debitam Cessacionem autem
circumcisionis ondit per factum suum Sicut enim
natione iudeus et per quod circumcisus propter quod
non est credibile quod vellet odium iudeorum
et persecucionem ab eis sustinere eo quod predica
bat cessacionem circumcisionis nisi ita esset in
veritate Et hoc est quod dicit Ego autem fratres
si circumcisionem predico etc. quod sit necessaria ad sa
lutem quid adhuc persecucionem pacior quasi dicat
Non deberem amplius pati quia propter alia
non persequebantur me iudei ideo concludit Ergo
evacuatum est scandalum crucis quia iudei
non scandalizabant de paulo predicante
ihesum nazarenum crucifixum fuisse sed quia

predicabat ipm esse cum pp̄in et circu̇ci
onem euacuasse . cui contrariu q̄m ad ces
sacionem circumcisionis fl̄i apli asserebant . io
subdit de illis vtinam et abscidantur . i . to
talit a vob separentur qui vos conturbant di
centes q circumcisio necia sit ad salutem vos
aut in libertatem hic ap̄lus inducit gala
thas ad dimissionem legaliu ex consideratione
boni in pueniens et dr̄ in d p . In ptem
pn̄te et incidentalem que incipit ibi manifesta
aut sunt . primu io bonu sequens cessacione
legalium est libertas que est summe deside
rabilis in tm ec q bruta animalia ponunt
eam saturitati ventris . vtz in auibus incla
sis . io dr̄ . Vos aut in libertatem a legali
seruitute que est magna vocati estis fr̄es
p gram xp̄i vos liberantis . verum quia no
est abutendum tali libertate . io subdit tm ne
libertatem in occasionem carnis detis q̄ d
hoc tm vob est necm q non iactetis vos
ad sequendum carnis impulsum credentes
q sit licitum . qd dixerunt olim heretici per
libertatem spiritus omnia licere sibi . per caritate
seruite inuicem in tpalibus et spiritualibus
mutuis vos iuuando / 2m bonu est veniss
legis facilis implecio io dr̄ . Omnis eni lex
in vno sermone impletur . s in precepto caritatis
qd tm duplicat . in q̄m dilectio respicit deu
et proximum . vn dr̄ Math . 22o ca . In his
duobus mandatis pendet tota lex et prophe
Omnia omnia alia mandata no sut nisi
quedam explicaciones mandati dilectionis
dei et proximi ap̄lus in ppo prosequitur hic de
dilectione proximi d . Diliges proximum tuum sicut
teipm . i in ordine ad eandem beatitudinem
consequendam Et ap̄lus reuocat contra d . Qd
si inuicem mordetis verbis malis inuice
iniuriando et comeditis inuicem defrau
dando . sic de vsurario ait dr̄ . q comedit
illu cui tradidit ad vsuram videte ne ab
inuice debet consumamini . sequitur destructio vera
in corpe et in aia . Bm eni bonu est seqla
spiritus sci p quam homo proficit in spiritualibus
et retrahitur a desiderijs carnalibus . et hoc
est qd dr̄ . Dico aut in xp̄o i ex doctrina xp̄i
spiritu ambulate sequentes instinctu spiritus sti
quem nata est humana mens sequi et
desideria carnis no pficietis in ope licet

insurgat motus carnalis concupiscentie . Io 2o Ca
ro eni concupiscit aduersus spm i . Sensua
litas contra racionem et econuerso . sic experimur in nobis
et hic ait spiritus racionalis io dicit vt no que
cuq̄ voltis sc̄ racionem illa faciatis impediti
motu sensuali et sic suo mo dissentiunt li
bertates spiritus et seruitus . io subdit . q si spu
ducimini sequentes instinctu spiritus sti non estis
sub lege i . seruituti legalium obligati manifesta
aut sunt hec est ps incidentalis in qua
distinguit opa carnis eo q fecerat mencionem
de vtroq et diuidit in d q pmo ponit hec
distinctio . 2o ap̄li monicio ibi Si viuimus sit
spiritu . prima in d q pmo distinguit opa car
nis 2o spiritus ibi fructus aut Circa primi
sciendum q opa carnis dicuntur ad que caro in
clinat . et hec sunt ppe opa luxurie et gule
et io pmo ponit ea que ptinet ad luxuriam
2o que ad gulam i ebrietates In opibus
vo luxurie pmo ponit que ppe ptinent ad
luxuriam d . Manifesta aut sunt opa carnis
quia sunt sensibilia que sunt fornicatio
q̄m ad coitum soluti cu soluta immundi
cia q̄m ad vicium contra naturam impudicicia
q̄m ad exteriorem inhonestatem ut in ampl
exibus tactu et huiusmodi que procedunt ex
impudicicia cordis luxuria Nom est generale
ad omnia que ptinent ad hoc viciu Et
sic omnia alia que non sunt enumerata in
cludunt ydolorum hic 2o ponit alia que
sequi solent ad luxuriam d . ydolorum seruitus
vtz de Salomone 3o Re . 11o Cui ex ardore
libidinis cu mulieribus alienis motus
fuit ad sequendum deos earum veneficia i . sor
tilegia que causa libidinis solent fieri in hac
specie ut dr̄ ps . 2o 11o veneficia incantantis
sapienter inimicicie latentes in aio sic
2o Re . 13o ca . Absalon concepit odiu contra
amon eo q sororem suam violauerat Con
tenciones verbis clamorosis Emulaciones in ob
punicatis ire i in vindicandi appetitu
Rixe in vindicandi actu dissensiones
q incipiunt fieri ptes Secte q sunt fir
mate inuidie in aio homicidia in facto
Qz aut hec omnia frequenter sequntur ad luxuriam
pz et posset poni exemplum de oibus sz ppter
plixitatem obmitto / Ebrietates hic

ponit opa carnis q̃ᵐ ad viciũ gulosum
dr̃. Ebrietates in quo notat̃ excessus et
q̃ntitas inordinatio circa potum. dr̃ em̃ ebe
tas a bria q est mẽsura. q. ext̃ in sẽnsum votis
ingressatio in qua notat̃ om̃is inordinatio
circa cibum et hijs similia ad que caro e
pma. sic nimia mollicies lecto. balneo.
et hui᷒ q̃ predico vob̃ ut ang̃ veniat
dei iudiciũ qz tũc penite no potit. qm qui
talia agunt regnũ dei no gsequnt. Et p
hoc excludit error q dampnati salua
buntur post magna circula tp̃o. Fruct᷒ aũt
hic qm̃ enumerat opa spũs que dicuntur
fructus. ad similitudinem fructus nalis q
predit de arbore et recipit cum qdam
suauitate. Sic ista a spũ sco predunt et me
tem delectant. quo. distinctio accipitur q
mens hominis per processum spũs sci in ub
bn disponit in se. et in illud qd est iuxta
se. et ad id qd est infra se. Inseu bn dis
ponit qm bn se hz in bonis et in malis. Pri
mo eius dispositio ad bonũ. est p amore
que est pma affectio et radix aliarũ af
fectionum. pt q int fructus spũs ponit Cari
tas Ro. v. Caritas dei diffusa est in cor
dibus nr̃is p spm scm qui datus est nb.
ad que sequit̃ gaudiũ qd est fructus
ips᷒ Omnis em̃ amans gaudet ex pntia
amati. quam facit caritas. i. Joh. 4. Qui
manet in caritate etc. ⁊ Perfectio aut̃ gaudij
est pax q̃ᵐ ad duo. pmo q̃ᵐ ad quietacõem
ab exterioribus gturbantibus. alit̃ no eet
pfectum gaudiũ. 2º q̃ᵐ ad sedacõem desiderij
interioris. no em̃ pfecte gaudet de aliquo
cui no sufficit illud. Hec aut̃ duo importat
pax. io ponit 3ᵐ fructus. In malis aut̃
bn disponit̃ mens. pmo qm no pturbatur
ex imminentia malo. que ptinent ad pa
ciam. 2º ut no pturbet̃ ex dilacõe bono.
qd ptinet ad longanimitatem nã carẽ
bono hz ronẽ mali 4º eth. ⁊ Ad illud
aut̃ q est iuxta se. s. ad proximũ bn se
hz mens. pmo qdem p voluntatem bnfa
ciendi. qd facit bonitas. 2º p bnficiencie
execucõem qd facit benignitas. vn dr̃
benigni quos bonus ignis amoris feruẽ
facit ad bnfaciend. proximis suis. 3º p sferm

qua equanimit̃ tollerant mala ab alijs il
lata. qd facit mansuetudo que coherat
nos. 4º p hoc q no infert nocumentũ proximo
p fraudem vel dolum. qd facit fides si pro
fidelitate sumit̃. Si vo sumat̃ p fide qua
creditur in deum sic p eam bn disponit̃
mens. Ad id qd est supra se subiciendo deo sun
intellcm. Ad id vo qd est infra se bn dispo
nit mens hominis pmo quidem in actionibus
exterioribus p modestiam que in dictis et
factis debitum mod obseruat. 2º in interioribus
garpris p gtinentiam et castitatem. diuer
simode tn. qz gtinens patĩ gcupiscias fortes
s no vincit̃. castus vo no vincit̃ nec patĩ
et sic hent̃ duodecim fruct᷒ spũs q signat̃
apoc. vlt. Ex utraqz pte fluminis lignũ vite afferens
fructus duodecim. Qui aut̃ sunt. Hic qm̃
ponit̃ apli monicio duplex. 2ᵃ ponit̃ in
prĩo sexti capituli. Prima est ad carnis opa
reprimend. et opa spũs psequend. d. Qui at
sunt xpi. i. imitatores eius carne sua
crucifixerunt cum vicijs et gcupis. Ita q ro
cupita et vicia carnis mortua sunt
in eis. Si viuimus spũ. Hic aũt si spũs gracia
qz spũs est qui viuificat. caro aut̃ no
pdest quicqz. Joh. 3º. Spũ et ambulemus
scdm instinctum eius in opibus nr̃is.
vel dicamen rec ronis que ex dr̃ spũs
Et quia bonũ opus sequit̃ est occasio
vane gle. io se. Non efficiamur inanis
gle cupidi que est prĩᵐ alio. malo.
io se. inuicem puocantes vbis iniurios
inuicem inuidentes. i. de bonis proximo.
dolentes. Capitulum Sextum.

Hec hic qm̃ ponit̃ apli scda monicio 6
que inducit galathas ad mutua
supportacõem et pmo in malo culpe
non ipm fouendo s leuit̃ corri. d. Si
preoccupatus fuit homo p aliquam passiõem
insurgentem vel p ignoranciam in aliquo
delicto ex eis pcepto vos qui spuales
estis. i. pfectores scia et vita hui᷒ modi in
struite. i. ad bonũ reducite in spũ leni
tatis. Errantes em̃ ex ctn malicia sunt in ag
arrit̃ corripiendi. gsiderans teipm. i. fragilitate
tuam ne et tu tempteris. et sic ex passiõe
labores. et p gnis indigeas mansuetudine
correctionis. 2º inducit ad supportacõem mali

pene d. Alter alterius onera portate i. infirmi
tates et mutuos labores mutuo subueniendo
et sic adimplebitis legem christi qui est legem
caritatis et ad perfecta inducit rom. d. Nam
siquis existimat se aliquid esse i. magnum
cum sentiens de se. cum nichil sit de se nisi
vanitas et peccatum ipse se seducit quia per hoc
in contemptum fratris et in aliam penam cadit io.
se. opus autem suum probet unusquisque i. dili
genter examinet et sic in semetipso tantum gloriam
habebit in testimonio proprie consciencie et non in
altero i. in falsa laude alterius cui non est credendum
Vnusquisque enim onus suum portabit i. penam
debitam proprius operibus propter quod se. communicet autem
is qui cathezisatur verbo i. instruitur verbo
doctoris ei qui se cathezizat in omnibus bonis
qui non debet ei communicare in malis math.
23o ca. que dicunt facite. secundum opera autem eorum
nolite facere. Nolite errare credendo quod pos
sitis conformari eis in malis licite sicut
dicunt aliqui quare non faciam hoc quod
sacerdos meus facit. Deus non irridetur i. in
talibus non decipitur que enim seminauerit homo hec
i. mercedem recipit secundum opera sua. quoniam qui se
minat in carne sua secundum impetum car
nis de carne et metet corruptionem scilicet
culpe et jehenne qui autem seminat in spiritu
secundum instinctum eius de spiritu et metet
vitam eternam Virtute enim spiritus sancti metentes
consequimur vitam eternam propter quod subdit Bonum
autem facientes non deficiamus cessando ab
inchoato bono tempore enim suo metemus
non deficientes quia merces illa eterna erit.
et sic concludit ergo dum tempus habemus
s. merendi quod est breue operemur bonum ad
omnes i. generaliter maxime autem ad domesticos
fidei quia caritas est ordinata. Videte qualibus
hec est vltima pars huius epistole que est preuen
tiua confirmatiua. ut enim galathe certi essent
quod presens epistola esset pauli scripsit hanc vl
timam partem manu propria io d. Videte i. at
tendite. qualibus litteris scripsi vobis mea manu
q. d. per considerationem litterarum potestis hoc perpendere
quia cognoscebant manum suam. et quoniam
intentio eius in hac epistola erat reprobare ob
seruationem legalium utpote quo predentibus ideo
reuertitur ad improbandum legalium obseruancia d.

Quicumque enim volunt placere secundum iudeos in car
ne i. in legalibus obseruanciis que dicuntur insti
cia carnis hebr. 9o ca. hii cogunt vos circumcidi
i. ad hoc inducunt tantum i. propter hoc ut crucis
christi persecutionem non paciantur. s. a iudeis perse
quentibus me et alios predicantes euacuationem
circumcisionis per crucem christi. Illi namque apostoli que
rentes apud gentiles questum et apud iudeos
fauorem predicabant simul legalia cum christo ne
cessaria esse ad salutem. neque enim qui circumciduntur
s. illi apostoli legem custodiunt quia in multis
transgrediebantur sed volunt vos circumcidi ut in carne
vestra glorientur i. de vestra circumcisione carnali se
iactando quod multos conuerterunt legis concludit
apostolus a se d. Michi autem absit gloriari nisi
in cruce domini nostri ihesu christi i. in fide et predicatione
passionis christi per quem michi mundus crucifixus est
i. concupiscencia mundi michi mortua est. nullam habens
dominationem. et ego mundo quia nichil mundanum
concupisco in christo enim ihesu Neque circumcisio aliquid
valet neque preputium quia neutrum aliquid facit
ad consecutionem vite beate que datur per christum sed
noua creatura i. regeneratio per baptismum in qua datur
gracia que est per christum et de nouo constituit
hominem in esse gracie. et quicumque hanc regulam
i. eciam doctrinam secuti fuerint fide et ope
re pax super illos i. quies mentis et misericordia i. re
missio que totaliter tollitur per baptismum et super
israel dei i. obseruantes legem intellectu
spirituali Ro. 2o. Non enim qui in manifesto iudeus
est. neque qui in manifesto in carne est circumcisio
sed qui in abscondito iudeus est et circumcisio
cordis in spiritu non littera. De cetero nemo michi
molestus sit i. vos galathe de cetero non detis
michi causam molestie recipiendo doctrinam pseudo
apostolorum Ego enim stigmata i. signa mi
licie christi in corpore meo porto per tribulaciones
quas pro christo sustineo q. d. Non debet michi
aliunde tribulatio inferri Et satis probabiliter
potest dici quod in eius corpore sensibiliter apparebant
vestigia plagarum et verberum que sustinuit
pro christo ut dictum est super cor. ii. Gracia domini
nostri ihesu christi et non seruitus et obseruancia
legalis cum spiritu vestro fratres amen que quidem
gracia est causa glorie. ad quam nos perducat qui
sine fine triumphat amen Incipit Epistola
Pauli ad Ephesios Capitulum primum

Paulus apostolus. Hic incipit epistola
sancti pauli ad ephesios que
diuiditur in 3 partes scilicet salutacionem
et narracionem ibi Benedictus deus
et confirmacionem ibi Vt autem et
vos sciatis circa finem epistole. In sa-
lutacione vero primo ponit personam salutantem
primo quantum ad nomen cum dicit Paulus et
quantum ad officium ibi apostolus ihesu christi et quantum
ad auctoritatem officii cum dicit per voluntatem
dei qui vocauit eum ad apostolatum ut dicitur Act.
13°. 2° ponit personas salutatas cum dicit Sanctis
omnibus qui sunt ephesi et cetera. Ipsi vero accepto
verbo veritatis persisterunt in fide ut dicit Ieronimus
in prologo. Ideo nominat eos sanctos i. firmos in bo-
no. Sanctum enim in vna significacione idem est quod firmum.
3° ponit optata bona cum dicit Gracia vobis
in presenti et pax in futuro. Beatitudo enim quietat
totaliter appetitum a deo patre nostro i. a tota
trinitate a qua datur et domino ihesu christo. Per quem
mittitur nobis dicit Benedictus deus. Hic incipit 2ª
narracio in qua primo ad graciarum accionem ephe-
sios inducit. 2° pro eis oracionem ad deum effun-
dit capitulo 3°. 3° in moribus eos instruit capitulo 4°.
Prima adhuc in 2 quia primo inducit eos
ad graciarum accionem absolute 2° comparative 2° capitulo. Circa
primum sciendum quod efficacior modus inducendi alios
ad aliquid agendum est per exemplum quod magis mouet
in moribus quam verbum. Ideo apostolus ut moueat
ephesios ad graciarum acciones simul gracias agit
de beneficiis diuinis et primo recitando beneficia
communia dicit Benedictus deus et pater id est pater domini
nostri ihesu christi et sic exprimit duas personas
et terciam exprimit cum dicit Qui benedixit
nos et cetera. Hic autem benediccio pro liberali dono
sumitur i. Reg. 25°. Accipe benediccionem quam attulit
famula tua. Spiritus autem sanctus est donum
patris et filii et in quo omnia dona donantur.
Ideo subdit In omni benediccione spirituali in celes-
tibus i. que finaliter habebitur in celestibus in
christo i. per christum per quem perueniunt nobis dona
diuina tamquam per mediatorem dei et hominum.
Sicut elegit nos ad percepcionem sic benedixit nos
in ipso i. in filio. Eleccio enim presupponit
noticiam electi. Illa vero que pertinent in di-
uinis attribuuntur filio qui est sapiencia patris
ante mundi constitucionem. Nam hec eleccio est ab
eterno. Effectus vero eius est in tempore que est

sanctificacio vocatorum culpe ideo subiungit ut essemus
sancti per graciam in mente et immaculati i.
per puritatem et conuersacionem eius et non solum
in conspectu hominum sicut ypocrite in caritate sic
quia non possunt alia dei dona ut dictum est
supra i. Cor. 13°. Si linguis hominum loquar
et angelorum et cetera. Qui predestinauit nos in adop-
cionem filiorum. Predestinacio enim est preparacio gracie
in presenti et glorie in futuro. Per graciam enim adopcio
diuina inchoatur et per gloriam consummatur per
ihesum christum qui est filius naturalis in ipsum
quia filiacio adoptiua est quedam assimilacio
ad filium naturalem secundum propositum voluntatis sue a qua
dependet eleccio et predestinacio non ex meritis
meritis i. non solum in re sed eciam in dei prouisione
in laudem glorie gracie sue i. ad laudandum
eius gloriam que eleccio consummat per graciam
suam in qua gratificauit nos i. fecit gratos
sibi in dilecto filio suo i. per dilectum filium suum
in quo habemus redempcionem et cetera et que sit
illa subdit et remissionem peccatorum scilicet totaliter
in sacramento baptismi in quo sic passionis
effectus nobis plenarie communicatur secundum diuicias
i. copiam gracie eius. Que superhabundauit
Hic incipit recolit beneficia dei specialia et pro-
pria apostolis 2° ephesiis ibi In quo et vos.
Circa primum dicit Que scilicet gracia dei superhabundauit
in nobis exterius apostolis in omni sapiencia quantum
ad cognicionem diuinorum et prudencia quantum
ad noticiam humanorum. Vnitatem ad sa-
lutem ut notum faceret nobis sacramentum i. secre-
tum voluntatis sue quod plenius fuit reue-
latum apostolis quam aliis secundum beneplacitum eius
quia totum dependet ex beneplacito diuinorum
non autem humano merito quod proposuit i. ab eterno
facere disposuit in eo i. in filio qui est sapiencia
patris in dispensacione plenitudinis temporum
i. in plenitudine temporis dispensati a deo
quod est tempus gracie. Et quid sit hoc facturum
subdit instaurare i. debitum statum re-
ducere in christo i. per christum omnia que in celis
i. angelorum societates reparando et que
in terra sunt in ipso i. homines qui per
peccatum depravati erant in nouitatem gracie
reformando. In quo et nos sorte i. eleccione
diuina que dicitur sors quia non accipit perso-
nam sic nec sors vocati sumus ad apostolatum

predestinati i. preordinati ad hoc secundum propositum
eius i. secundum dispositionem eternam. Qui operatur
omnia secundum consilium voluntatis sue quia operatur
a casu nec de necessitate nec sed prudens libere
ut simus in laudem glorie eius i. ut per nos
alii laudent deum qui predicationem nostram
credunt ad ipsum io sullii. Nos qui ante spe
ravimus in christo i. qui ante credidimus in christum
In quo et vos Hic quantum ponit donum ephe
siis specialiter datum et dividitur in duas quia primo ponit
eorum vocationem 2o insurgit ex hoc ad gratia
rum actionem ibi propterea. Circa primum dicit In quo i.
per quem scilicet christum et vos cum audissetis verbum
veritatis a nobis evangelium salutis vestre quia
annunciat salutem audientibus et dat cre
dentibus io sullii. In quo et credentes
signati estis hic gratie deformata ymagine
reformate spiritu promissionis sancto quia spiritus
habitat in credentibus per gratiam et dicitur spiritus
promissionis quia veniens promittit vitam beatam
io sullii. Qui est pignus hereditatis nostre
De racione pignoris est quod sit rei non habite
in presenti est eiusdem valoris cum ipsa sicut est in
proposito quia si non habet actu hereditas eterna
que consistit in visione et fruitione eterna beata
in spe sumus habitus in presenti per gratiam et fide
[illegible] eiusdem beatitudinis in nobis cum beatitudine
obiectiva in redemptionem acquisitionis ut re
dempti acquirant vitam beatam in remissione
in laudem glorie ipsius Nam ibi est laus
continua ps. 83o Beati qui habitant in domo
tua domine in secula seculorum laudabunt te Propterea
et ego Hic quantum apostolus tamquam pro bonis
gratias agit deo de profectu ephesiorum dicit Propterea
et ego audiens fidem vestram id est sinceram
sine admixtione alicuius erroris et legalis
observationis et dilectionem vestram in omnes
sanctos i. opera vestre caritatis erga omnes fideles
non cesso gratias agens probis de bonis
vestris memoriam vestri faciens in orationibus meis
deprecans ut magis proficiant in futuro ut deus
domini nostri ihesu christi id est secundum humanitatem in qua
subiectus est deo patri det vobis spiritum sapientie
i. cognitionem in cognitione divinorum cum ad sa
lutem expedientium ut sciatis que sit spes
vocationis eius i. res sperata ad quam vocamini

credentes que quanto plus cognoscitur tanto
plus desideratur et que divicie glorie hereditatis
eius in sanctis i. hereditatis glorie. Nam ibi nichil de
ficit et que sit supereminens magnitudo virtutis
eius in vos i. ad vos premiandos Est enim in
finita et supereminet omnibus quod de ea non
potest cogitari quod deficit ulterius per glorificationem
hominis christi dicit secundum operationem etc. Et primo exprimit
eius suscitationem dicit Suscitans illum etc. 2o eius
exaltationem ad patris dexteram dicit Et consti
tuens etc. Et exprimit 4or ordines angelorum
medios superiorem de inferiori ierarchia
cum dicit Super omnem principatum etc. et tres
de media ierarchia et per hoc quod dicit quod sit
elevatus super duos ordines eius inferiores
Et omne nomen etc. per hoc ostendit quod sit etiam
elevatus super omnes ordines supreme ierarchie
Dominacio enim christi non est nominabilis a qua
cumque creatura quia est incomprehensibilis ab ea
sicut autem nominatur prout ab intellectu comprehenditur
[illegible] Nomina sunt note earum
passionum que sunt in anima propter quod dicitur
[illegible] de eius Et ea prima est super omne
nomen quod nominatur et omnia subiecit sub pe
dibus eius. Unde dicitur in ultimo. post suam resurrectionem
data est michi omnis potestas in celo et in
terra. Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam
militantem et triumphantem que est corpus
ipsius mysticum et plenitudo eius. scilicet corporis
christi mystici qui omnia etc. Iungatur sic littera
plenitudo eius adimpletur i. perficitur super
eum qui est omnia in omnibus i. per christum qui
per virtutem sue vitalitatis omnia bona in nobis operatur

Et vos cum essetis **Capitulum Secundum**

Hic quantum apostolus inducit ephesios ad
gratiarum actionem competentem Opposita enim
iuxta se posita magis elucescunt ideo apostolus
comparat dignitatem status ad quem ephesii
sunt vocati ad vilitatem status unde sunt
vocati ut ex hoc ibi considerate fervencius
assurgant ad gratias agendum deo et dividitur
in duas partes secundum duas comparationes 2a ponit ibi
propter quod. Prima autem comparatio est mortis et
vite quia prius fuerunt in statu mortis culpe
et dispositi ad mortem eternam et vocati
et [illegible] ad vitam gratie que disponit ad vi
tam glorie et hoc deducit apostolus satis diffuse.

d. Et vos cum essetis mortui peccatis in de-
lictis quantum ad peccata obmissionis et peccatis
viris quantum ad peccata commissionis in quibus
aliquando ambulastis procedendo de peccato in peccatum
secundum seculum i. secundum consuetudinem mundi huius a peccatoribus
huius mundi Unde dicitur Joh. 1o mundus eum non
cognovit. secundum principem potestatis aeris huius i.
secundum voluntatem principis demonum in hoc aere
caliginoso habitantium. et spiritus qui nunc operatur
in filios diffidentie q. d. princeps iste et spiritus
malignus qui nunc operatur i. facit voluntatem
in illis qui non ponunt fiduciam suam in celesti-
bus bonis sed in terrenis in quibus i. inter
quos et nos omnes aliquando conversati sumus in desi-
deriis carnis nostre ea sequendo Et licet apostolus
esset virgo ut dictum est supra 1. Cor. 7. capitulo in-
commiscet se cum eis ut melius recipiant verba
sua et quia cum conversionem suam fecit consuetudo est
alia carnis desidia facientes voluntatem
carnis in peccatis carnalibus et cogitationum
in spiritualibus. et eramus natura filii ire [illegible] nati
in peccato originali quod de parentibus naturaliter [illegible]
contraxit a parentibus ex corruptione nec Cont-
endit gratiam vocantis dei d. Deus autem qui
dives est i. copiosus in misericordia quia proprium
eius est misereri et parcere propter nimiam cari-
tatem suam [illegible] et non propter merita nostra et cum essemus
mortui peccatis nostro peccato convivificavit nos Christo
nos sibi per fidem formatam incorporando
cuius gratia estis salvati s. in spe et conre-
suscitavit scilicet in spe. quia [illegible] Christus est caput nostre
[illegible] fidei et consedere fecit [illegible] in spe que
est eis [illegible] beatitudinis ut ostenderet
in seculis supervenientibus i. [illegible]
[illegible] ad iudicium habundantes divitias [illegible]
Hec enim omnia sunt [illegible] in Christo que
sunt argumentis multis declarata Act. 1o In
multis argumentis apparens eis [illegible] Et eius
ascensione oculis et corporalibus conspecta
et item declarata per [illegible] doctrinam apostolis
miraculis confirmata [illegible] subdit Gratia enim
salvati estis per fidem [illegible] et non per legem moysi
et hoc non ex vobis [illegible] quia principium credendi
et omnis operis meritorii est a deo videntium
[illegible] miracula et audientium eundem
sermonem [illegible] motus a deo Alter
[illegible] non [illegible] Joh. 6o ca. Nemo potest

venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum
Ut ne quis glorietur de operibus suis ipsius enim
sumus factura in esse nature et creati in Christo Jhesu
in esse gratie in operibus bonis ad opera bona
facienda que preparavit deus i. disposuit ut
in illis ambulemus de virtute in virtutem ad bea-
titudinem conscendendo Propter quod memores Hic
ponit secunda comparatio que est convenientie ad uni-
tatem. et primo ponit hec comparatio 2o infert
intentum [illegible] i. Ergo iam non estis Sed
primum sic quod gentiles dicebant esse conve-
[illegible] quia a deo erant separati per ydola-
triam et per quos 2o a populo Israel quoad gen-
erationem qui erant cultores unius dei. et 3o
a spe promissionis abrahe factam et semi-
ni eius per vocationem autem Christi ad fidem sunt istis
tribus incorporati et hoc est quod dicit apostolus memores
estote tamquam [illegible] de beneficiis dei quod aliquando
vos gentes i. gentiles qui eratis in carne
i. carnaliter viventes qui dicebamini preputium
i. incircumcisi ab ea que dicitur circumcisio [illegible] distincti
et separati a populo iudaico circumciso qui eratis
illo tempore sine Christo i. sine fide Christi non sicut iudei
quia eadem fides fuit patrum veteris testamenti
que novi [illegible] implicitum et explicitum
alienati a conversatione Israel. Prohibitum enim
erat populo Israel contrahere cum gentilibus ami-
citias et connubia et hospites testamentorum
i. advene et convenientie a testamento novo et
veteri et sine deo [illegible] scilicet vero. Nam erant
ydolatrie dediti Nunc autem in Christo Jhesu i. per Christum
Jhesum vos qui aliquando eratis longe a salute
dei. facti estis prope in sanguine
Christi i. per passionem Christi cuius efficacia in sacra-
mentis est nobis plenarie communicata. Ipse enim est
pax nostra [illegible] qui fecit utraque unum
ex iudeis et gentilibus faciens unum
populum [illegible] et medium parietem maceriae
solvens i. huius unionis obstaculum removens
quia reconcilians a gentilibus ydolatriam quam
abhorrebant iudei. et a iudeis circumcisionem
quam detestabantur gentiles inimicitias
q. d. per hoc abstulit inimicitias que erant
inter iudeos et gentiles in carne sua i.
per immolationem carnis sue in cruce propterea
per quam destructa est ydolatria et cessaverunt
legalia legum mandatorum a lege moysi [illegible]

ipsi ad mandata cerimonialia et iudicialia
decretis s. evangelii evacuans removendo
onus cerimonialium et tollendo rigorem
iudicialium ut duos populos s. iudeos et ge-
tiles condat in semetipso i. sibi incorporet per
fidem formatam in unum novum hominem
i. in unum novum populum principatum cum sicut plures
homines sunt unus homo et eodem modo gentiles
et iudei principatum nove legis dicuntur hic unus
novus homo faciens pacem modo predicto ut
reconciliet et iungat sic licet ut reconciliet
ambos deo s. patri in uno corpore suo mistico
pacem interficiens inimicitias que erant
inter deum et genus humanum in semetipso i.
in sua passione et veniens de morte ad
vitam in sua resurrectione et evangelizavit pacem nobis
i. evangelizare precepit d. mat. ult. Euntes ergo docete
omnes gentes baptizantes eos etc. qui longe
fuistis ut supra dictum est et pacem hiis qui
prope s. iudeis quia lex erat dispositio ad
christum ut dictum est supra ad gal. quoniam per ipsum
i. christum habemus accessum ambo s. iudei et
gentiles in uno spiritu s. sancto ad patrem omnium
nostrum Ergo iam non estis Hic infert inte-
rim [illegible] s. de receptione gentilium ad consor-
tium dei et sanctorum cum dicit Ergo iam non
estis hospites et advene a deo et estis
cives sed estis cives sanctorum i. de numero eorum
et domestici dei in civitate eius recepti super
edificati i. instructi super fundamentum apostolorum
et prophetarum i. super doctrinam novi et veteris
testamenti superedificati ipso summo angulari
lapide christo ihesu In edificatione enim templi
salomonis ut dicitur fuit quidam lapis qui
pluries fuit reiectus ab edificantibus eo quod non
conveniebat loco cui applicabatur finaliter optime
cedit in summitate edificii in angulo duos
parietes coniungente Et fuit figura christi iudeos
et gentiles tamquam duos parietes in ecclesia
coniungens unde dicitur ps. c.xvii. Lapidem quem re-
probaverunt edificantes hic factus est in caput
anguli a domino factum est istud etc. Et istam
eandem figuram ponit hic apostolus ut dictum est
in quo omnis edificatio constructa tam ex
iudeis quam ex gentilibus crescit per augmentum
virtutum in templum sanctum in domino i. quorum fit

templum sanctum domini in quo et vos coedificami-
ni cum aliis fidelibus in habitaculum dei in spiritu
sancto i. ipso cooperante in quo nullum opus est
acceptum deo. **Capitulum Tercium**

Huius rei gratia Hic ostendit apostolus perfectius orat
devote ut magis in bono proficiant et di-
viditur quia primo se disponit ad orandum 2°
orationem effundit ibi Huius rei. Primo ostendit ex [illegible]
s. ex sufficientia obligatione et confidencia et
primo hoc dicit in 3° [illegible] 2° i. michi omnium 3°
in quo habemus Circa primum ostendit se sufficientem per
hoc quod ipse et alii apostoli sunt [illegible] divinis
illuminati et per omnes cognoverunt eam debitam
temporis et modum orandi primo i. continuat
se dicens Huius rei gratia i. propter hanc rem
supra immediate dictam s. ut coedificemini in habita-
culum dei Ego paulus vinctus in carcere
rome christi ihesu i. pro christo ihesu pro vobis gentibus
propter hoc enim erat rome vinctus quia predica-
verat christum ihesum gentibus Si tamen audistis i. intel-
lexistis dispensationem gratie dei etc. Hic ostendit apostolatum
[illegible] a deo concessum quoniam secundum revelationem [illegible]
notum mihi factum est sacramentum i. sacrum secretum
redemptionis facte per christum sic supra scripsi in brevi
cap. 1° huius epistole ubi dicit Ut notum faceret
nobis sacramentum etc. prout potestis legentes intel-
ligere q. d. licet sit breviter dictum tamen per illud po-
testis intelligere prudentiam meam in misterio
christi i. scientiam meam ad cognoscendum misterium
[illegible] mei in predicatione evangelii quod aliis
generationibus non est agnitum etc. quia enim ipse
apostolorum non sunt complete cognitum [illegible] forte
aliquibus patriarchis prophetis veteris testamenti
qui tamen non cognoverunt ita clare sicut apostoli et
prophete novi testamenti quod gentiles essent per
fidem salvandi sicut et iudei quibus erant
promissiones unde et act. x° dicit quod spiritu sancto descen-
dente in signo [illegible] super cornelium et alios
gentiles qui erant cum eo admirati sunt iudei qui
venerant cum petro dicit hoc quod gratia spiritus sancti
communicabatur gentibus sicut et ipsis [illegible] subdit
Et gentes coheredes s. hereditatis eterne sicut et iudei
credentes et concorporales i. incorporati christo
et comparticipes promissionis eius abrahe
facte in christo ihesu s. implete per evangelium

p receptiom eorum doctrine participant dicta
bona gentiles cuius scilicet eorum factus sum mi
nister i. predicator scilicet donum gracie dei
et non secundum opera mea sed secundum operacionem virtutis
eius in miraculis quibus apostoli doc
trinam confirmabant unde et illi ut profecti
predicaverunt ubique domino cooperante et sermone
confirmante sequentibus signis Michi omnium
postquam ostendit se sufficientem ad orandum pro
ephesiis hic ostendit quod se adhoc obligatum
quia erat apostolus et pater eorum spiritualis et
ex obligacione eius in promissione spiritualium
bonorum sicut pater carnalis providere tenetur filiis
in temporalibus bonis ideo dicit Michi omnium sanctorum
scilicet apostolorum minimo hoc dixit ex humilitate
et quia persecutus erat ecclesiam non tamen alii
data est gracia hec i. apostolatus in gentibus
evangelizare investigabiles divicias christi que non
possunt ab hominibus perfecte cognosci et illuminare
omnes predicacionem meam que sit dispensacio
sacramenti i. redempcionis per christum facte que dispen
sabilis est gentibus sicut et iudeis absconditi
a seculis in deo ut Nam hec disposicio non
erat revelata eis nisi valde paucis et obscure
ut predictum est ut innotescat principatibus et
potestatibus in celestibus quia Non solum hominibus
fuit absconditum misterium christi et maxime
de vocacione gencium sed et angeli sancti non cog
noverunt id plenarie donec predicantibus apostolis
fuit adimpletum quia eciam haberent iam simplicem
noticiam que potest dici abstractiva inquantum
est rei non presentis sed cum fuit impletum haberent
noticiam experimentalem sive intuitivam
sicut astrologus per motum celi certitudinaliter
cognoscit eclipsim futuram tamen adhuc perfectius
cognoscit cum videt eam iam actu existentem
per ecclesiam per apostolorum predicacionem hoc per non
imputat talitate sicut intelligendo quod apostoli docuerunt
angelos de christi misteriis sed econtrario angeli docuerunt
eos per quos divine revelaciones fiunt forte
Sed sic est intelligendum quod apostolis predicantibus
viderunt actu conversionem gencium ad fidem quia
tamen non sic videant intuitive Dicit et non e
de deo tamen intuitus ab eterno fecit sup
principales rerum quia eo quod eius cognicio me

surat eterni tatis que complectitur omne tempus
multiformis sapiencie dei licet enim sit unica
et simplex in deo tamen est in effectibus multi
formis dicitur ex multiformis propter multa misteria
in christo adimpleta ideo sequitur secundum prefinicionem seculorum
i. eciam disposicionem temporis plenitudinis ad
impletam quam fecit in christo iesu i. adim
plevit in ipso In quo habemus hic ostendit se
disposit(um) ad orandum ex sua confidencia
Nullus enim orat nisi aliqualiter exaudiri
confidat Habebat autem apostolus habere confidenciam
obtinendi per mediatorem dei et hominum ihesum
christum ideo dicit In quo i. per quem scilicet ihesum christum
habemus fiduciam et accessum ad deum patrem
in confidencia per fidem eius vere enim creden
tes in christum exaudiuntur per ipsum ut dicitur Joh. 14o
Quodcumque pecieritis patrem in nomine meo dabit
vobis Propter quod peto disposicione premissa habita
apostolus ad orandum pro ephesiis accedit et primo
deo totum attribuit ibi Cuius autem Circa primo notandum
sua primo petit dari a deo ephesiis robur
paciencie in adversis dicit Propter quod i. propter confidenciam
quam habeo de christo peto ne deficiatis in tribula
cionibus meis i. tristi propter tribulaciones meas
a bono deficiatis pro vobis i. quas sustineo
eo quod predicavi vobis et ut ex paciencia detur vobis
que est gloria vestra si in tribulacionibus non defi
ciatis Huius rei gracia scilicet ut non deficiatis in
tribulacionibus flecto genua mea ad patrem scilicet
ipsum devote deprecando ex quo omnis paternitas scilicet
Nam illa paternitas est prima Omnis enim
emanacio creature a deo secundum esse nec per quam de
quo pater omnium per generalem paternitatem Et per emanacionem
secundum esse gracie secundum quod de hominum et angelorum per
adopcionem est posterior emanacione filii a patre
secundum quam dicitur filii pater per naturalem et eciam
emanacionem vel generacionem propter quod ab eo no
minatur omnis paternitas que est in celo et in
terra Nam ab eo quod est primum in aliquo genere
cetera habent esse et denominari ut det vobis secundum
divicias glorie sue virtute paciencie in adversis ideo
subdit corroborari per spiritum eius in interiori
homine licet enim in viribus carne que dicitur
homo exterior lacerabatur menis tamen que dicitur
homo interior fortificabitur virtute christi Hic
secundo petit ephesiis augmentum noticie et ce

sumat quod petivit Ut det vobis xpistum per fidem
habitare in cordibus vestris non solum ser-
viendo adherendo eis que sunt fidei sed etiam plenius
et certius ea que pertinent ad articulos fidei
cognoscendo In caritate hic 3o petit eis au-
mentum caritatis et per quod aliorum donorum que carita-
ti innectuntur io dicit in caritate radicati quod
hoc peto a deo ut sitis firmi in caritate radi-
cati ad modum arboris que non potest evelli et
fundati ad modum stabilis edificii Ut possitis
comprehendere et non solum speculative sed etiam practice
que sit latitudo scilicet caritatis ad omnes etiam inimicos
extendentes Longitudo ipsius quia caritas
facit pacienter expectare premium in longinquum
Sublimitas quia non solum facit ascendere in deum
sed etiam transformari extremo in ipsum et profundum
scilicet humilitatis et condescensionis ad proximum unde paulus
ipse postquam fuerat raptus usque ad 3m celum
per caritatem sic ad proximum descendebat quod etiam
de actu matrimoniali ordinavit ut uxori
vir debitum reddat et similiter uxor viro i ad cor
7o Scire etiam ordinem scilicet Scire etiam caritatem
xpisti per quam venimus xpistum Supereminentem scientie et
i notitie quia habemus de ipso ubi enim scientia foris
stat dilectio intrat unde per proximum ad cor 13o dicit
maior horum caritas Ut impleamini in omnem
plenitudinem dei i ut impleamini donis et
carismatibus que donantur a deo in caritate Ei
autem hic gratias apostolus attribuit deo toti a quo
est omne bonum et patet litera usque ibi secundum virtutem
scilicet divinam que operatur in nobis quia virtus prime ca-
use operatur in omnibus secundis agentibus Ipsi gloria
laus in ecclesia et in xpisto ihesu scilicet congregata in
omnes generationes etc i eternaliter quia eius gloria
maxime relucet in ecclesia triumphante de qua
dicit psalmo 83o Beati qui habitant in domo tua domine
in secula seculorum laudabunt te Capitulum 4m

Obsecro itaque vos postquam apostolus induxit
ephesios ad gratiarum actionem et effudit
pro eis orationem hic gratias informat eos in
moribus et primo generaliter 2o specialiter ad aliquos
status speciales ibi Mulieres post medium quinti ca-
pituli circa [illegible] adinstruendum generaliter ibi Deinde fratres
circa medium 5ti capituli Circa primum instruit primo
generaliter et primo verbo 2o salvatoris exemplo
in principio quinti capituli Circa primum sciendum quod humilitas est
fundamentum spiritualis edificii propter quod primo fun-
damentum illud collocat 2o superedificat ibi Solliciti
servare Primo igitur instruit eos de humilitate et qui-
busdam aliis virtutibus sibi propinquis dicens Ob-
secro itaque vos ego vinctus in carcere in domino
i propter dominum ut dominus est ut digne ambuletis
procedendo de virtute in virtutem vocatione qua vocati
estis ad fidem katholicam que exigit vitam virtuosam
Cum omni humilitate scilicet in interiori cordis ad meri-
tum et exteriori corporis ad [illegible] Et quia humilitas
que facit hominem resilire in propriam parvi-
tatem habet mansuetudinem annexam que re-
primit motus ire io sequitur et mansuetudine Repres-
sio autem ire inducit ad pacientiam tollerandum
mala illata io subditur Cum pacientia supportantes
invicem mutuos defectus et labores Propter
scilicet xpistum et non intuitu temporalis comodi Solliciti
hic gratia apostolus ephesios instruit de edifi-
cio virtutum super fundamentum humilitatis collocandum
et quia bonum est communius tanto divinius io primo
eos inducit ad servandam ecclesiasticam unitatem
2o ad habendum morum honestatem ibi Hoc igitur
primo in 3a quia primo facit propositum 2o ad hoc
inducit exemplum ibi Unus dominus 3o declarat quan-
dam ibi Unicuique Circa primum dicit Solliciti sitis
servare unitatem spiritus i unitatem ecclesie
quam facit spiritus sanctus et per oppositum eius
scisma facit dyabolus In vinculo pacis
Sicut enim vinculum corporale unit ligata per
ipsum sic pax et tranquillitas faciunt unitatem
credentium i unum corpus scilicet sint quod est corpus
xpisti misticum et unus spiritus i unius voluntatis
operandi bonum Sicut vocati estis in una spe
beatitudinis eterne vocationis vestre scilicet per fidem katholicam
per quam habetis vitam eternam Unus dominus
hic ad propositum inducit exemplum de unitate fidei domi-
nii et baptismi ut magis moveat ad unitatem
ecclesie servandam dicens Unus dominus cui famulantur
et io scisma non pertinet [illegible] ex pluralitate dominorum
contraria volentium Una fides quia licet sint
articuli multi in fide katholica tamen omnes unitantur
veritati divine propter quam eis assentimus que
est una Unum baptisma licet enim multi sint
ministri baptizantes exterius tamen unus est qui baptizat
interius scilicet xpistus Johannis 1o Hic est qui baptizat Unus
deus et pater omnium per quem qui est super omnes

ratus per excellenciam et per omnia per generale
rerum gubernacionem et in omnibus nobis sc.
fidelibus in quibus est spiritualiter per graciam Unicuique
autem nostrum hic declarat quandam donorum s. quamvis
omnes fideles sint unum corpus Christi misticum et de
ista dicit. Et primo declarat huius corporis distinc-
cionem membrorum 2º connexionem corporis s. unitatem
plena adhuc in 3º. Et primo ponit dacionum distinctio-
nem. 2º distinctionis condicio ibi Et ipse dedit. 3º eius
duracio ibi Donec occurramus. Circa primum dicit
apostolus Unicuique autem nostrum s. Christi fidelium
data est gratia secundum mensuram donacionis Christi ut
voluit dare plus vel minus secundum ordinacionem
dispensacionis sue. Christo enim datus est spiritus non
ad mensuram Joh. 3º. Ceteris autem datur in mensura
propter quod dicit ps. 67º Ascendens in altum
sc. Christus captivam duxit captivitatem i. patres
qui prius tenebantur in lymbo qui dicuntur cap-
tiva captivitas. Sic frequenter in sacra scriptura
fit talis reduplicatio ut cum dicitur vita vivet
morte morietur et consimilia ad maiorem expres-
sionem Dedit dona spiritus sancti hominibus in die
pentecostes visibiliter et cottidie invisibiliter
ps. 67º Accepit dona in hominibus et est eadem
sententia. Accepit enim dona a deo per hominibus
distribuenda sic exponitur fuit ibidem. Aliter. Et
sic filius habet a patre cuius dona premittit
per filium incarnatum mediatorem dei et hominum.
Et consequenter declarat modum ascensus dicens Quod autem
ascendit quid est i. quomodo intelligitur nisi quia
et descendit primum in sua morte in inferi-
ores partes terre s. ad lymbum patrum in inferno
qui dicitur esse sub terra. Vel aliter nisi quia et de-
scendit primum in sua incarnacione in inferiores
partes terre i. in partes huius terre que sunt
inferiores respectu aliarum parcium mundi qui descendit
ipse est idem in persona et qui ascendit super
omnes celos. Ascendere vel descendere Christo non conve-
nit secundum divinitatem que de natura patris est ubique
sed secundum humanitatem nam dicitur hic ascendisse
super omnes celos non sic intelligendo quod ascenderit
totaliter supra celum empireum ubi nullus est
nec aliqua creatura sed sic est intelligendum quod ascendit
ad digniorem partem celi empirei quod
est locus beatorum et celum supremum ut impleret
omnia que de eo per prophetas erant scripta
qui non solum prophetaverunt de eius incarnacione

morte et resurrectione sed eciam de eius ascensione.
Et ipse dedit. Hic consequenter ponit dacionum distinctionis
condicio. Sicut enim diversa membra ecclesie dantur et
ad mensuram gracie plus et minus ista constituta
sunt in diversis gradibus et officiis. Sic in corpore
naturali distincta membra habent distincta officia.
Et hoc est quod dicitur. Et ipse dedit quosdam quidem
apostolos s. duodecim ad ordinandam ecclesiam
et regendam quosdam autem prophetas ad
futura predicendum ut Act. ii. et v. alios
vero evangelistas s. quatuor ad evangelium scribendum. Alios
autem pastores ad curam animarum et doctores
ad informandum in moribus plebem et hoc ex officio
sibi iniuncto sive ex commissione ad consummacionem
sanctorum i. perfeccionem fidelium in moribus et fide
in edificacionem corporis Christi s. mistici quod est
ecclesia in qua apostolis succedunt episcopi prophetis
autem habentes graciam sacrarum scripturarum obscura
interpretandi evangelistis archidyaconi et dyaconi
in pastoribus per quos intelliguntur episcopi discipuli
sacerdotes curati doctoribus autem quicumque exercen-
tes debite actum docendi sive predicandi Donec
occurramus. Hic consequenter ondit dacionum distinctionis duracio
s. usque ad iudicium. Tunc enim terminabit tempus
merendi et per consequens promocio inferiorum per superiores
ad bonum et tunc cessabunt hec officia et hoc
est quod dicitur. Donec i. durum officia exercebuntur
in ecclesia militante Donec occurramus omnes
in unitatem fidei i. qui sumus uniti in fide
et cognicione Christi in virum perfectum i. occurramus
Christo venienti ad iudicium qui est vir omnino perfectus
in mensuram etatis plenitudinis Christi. Omnes enim
resurgent in etate xxxiii annorum que
est etas plene perfecta et in qua Christus passus
fuit. Ut iam non simus parvuli etc. Nunc
enim homines variant secundum diversas cogitaciones
et errores et frequenter decipiunt et in errorem
ducunt per malorum suasiones que tunc
cessabunt ut subdit. Et inferam omni
vento etc. Unitatem autem. Consequenter tangit corporis
Christi mistici distinctorum membrorum hic consequenter
ondit connexionem corporum. Sic enim in corpore naturali
a capite influxus ad alia membra eius
sensus et motus et connexionem membrorum. Sic a
capite Christo in corpus eius mysticum fit influxus
gracie et unitas faciens connexionem fidelium
et mutuam subvencionem ad omne opus bonum

io d. veritatem aut s. vite iustie et doctrine
facientes in caritate a estatim in illo &c.
i. in xpo qz p bona opa caritatis meretur
augeri ut aucta mereat et psici conque
s. capite xpo totum corpus connectum p vinclum
fortitudinis et connexum p vinculum caritatis
p omnem iuncturam i. amiciciam et connexionem
fidelium bonarum subministrationis p qua vnusquisque
communicat alteri bonum qd habet a xpo s. operationem
in mensuram vniuscuiusque membri i. s. gradus
membrorum eius competit diuisi actus maiores
et minores sic epis. sacerdotibus religiosis.
et de aliis augmentum corporis facit &c. s.
influxus passionis a xpo capite hoc igitur dico
postq apus induxit ephesios ad seruandam
eius vnitatem hic quasi eos inducit ad habendum
morum honestatem et primo ex parte sui 2o
ex parte proximi ibi propter qd. Circa primum inducit eos
ad puritatem mentis et exteriorem conuersationis p
quam homo bene disponit ex parte sui d. hoc igitur
dico &c. q. s. ut iam non ambuletis sicut
gentes fidem xpi non habentes ambulant in
vanitate sensus sui &c. i. innitentes sapientie terrene
que est animalis et diabolica. Iacobi 3o
vel obscuratum habentes intellectum qz vicia et
maxime carnis causant hebetudinem mentis
alienati a via dei p ignorantiam &c. que
pervenimus quantum ad veritatem quam etiam predica
vi iam cognovimus scilicet necesse est ut idem sapiamus
in mente ut in eadem permaneamus regula
i. in opere ut nullum sit scisma in vobis. tercio
Imitatores postquam apostolus proposuit se in exemplum
hic consequenter inducit philippenses ad imitandum d.
Imitatores mei estote fratres in perfectis et ob
servate eos i. attendite diligenter ut vos eis
conformetis qui ita ambulant de virtute
in virtutem sicut habetis formam vestram vivendi
vobis traditam exemplo verbo et scripto. Multi enim
ambulant via perversa quos sepe dicebam
vobis cum essem presens vobiscum. nunc autem et flens
pro vobis eorum dico scilicet esse inimicos crucis
xpi quod contrariant eorum carnalibus. quorum finis
interitus scilicet eternus quorum deus venter est
quia student eis satisfacere in omnibus et
gloria de tali carnalitate in confusione ipsorum
i. erit eis confusibilis qui terrena sapiunt
tantum et non celestia. Nostra autem conversatio in celis
est per spem caritate formatam. quia sicut
dicit Aug. Anima que est principalis pars hominis
verius est ubi amat quam ubi animat. et
quia post iudicium sancti erunt in celo non solum
in anima sicut modo sed etiam in corpore glorioso. ideo
sequitur Unde et salvatorem expectamus do
minum nostrum ihm xpm qui reformabit corpus in generali
resurrectione humilitatis nostre. Notandum modo nobis est humi
litatis occasio eo quod corpus est corruptibile et passibile.

et corrodet humilibus et minores resolvet
configuratum tum corpori claritatis sue quia sancti
resurgunt in glorioso corpore sicut christus. Una
autem dos glorificati corporis est claritas sicut dicitur
infra 1 Cor. 15. Et quia hoc fiet virtute dei
infinita sic et causa ideo subdit secundum operacionem
i. virtutem operandi qua possit eciam sibi subicere
omnia preterea enim omnia sibi subiecta sunt
quia de nichilo facta et nisi continerentur a deo
in nichilum redigenda essent Capitulum 4m

Itaque fratres mei. postquam apostolus philippenses
cautos reddidit hic consequenter ad eorum con
solacionem se convertit et dividitur in duas partes quia primo
eos consolatur 2º de eorum liberalitate gratias agit ibi Gra
visus sum. prima in duas quia primo firmat eos
generaliter 2º provocat ad spiritualem leticiam
ibi Gaudete in domino. prima in duas quia primo facit
quod dictum est per se ipsum 2º per amicum ibi Et
rogo. Sciendum quod sicut dictum est supra in principio philippenses
propter fidem fuerunt in tribulacione ideo indigebant
confortacione quam eis exhibet apostolus primo
generaliter dicens Itaque fratres mei karissimi i. in vinculo
dilectionis spiritualis et desideratissimi quia de
sideraverunt eos videre adhuc temporaliter in via
et eternaliter in patria gaudium meum de pre
senti et corona mea. Doctoribus enim debetur
gloria specialis que a sanctis dicitur aureola sic sta
te firmiter in tribulacione et contra tribulaciones
huiusmodi in domino karissimi ita quod ab eo nullomodo
recedatis / 2º confortat duas personas speciales dicens
Euchodiam rogo et Sinticen deprecor idip
sum sapere in domino i. firmiter stare. Hec erant mu
lieres quas apostolus specialiter confortat tum propter
fragilitatem sexus tum quia sibi ministra
verant multum et aliis predicatoribus ut ondit
se consequenter Et rogo. hic consequenter confirmat phi
lippenses per amicum dicens Et rogo et te ger
mane non proprium est compare i. adiutor
meus in predicacione adiuva illas scilicet duas
mulieres tuis sermonibus confortando que mecum
laboraverunt in evangelio i. in predicacione in mea
ministracione et non solum in se et sociis meis de
quibus subdit Cum Clemente et ceteris ad
iutoribus meis in predicacione quorum nomina
scripta sunt in libro vite. Est autem liber vite
idem quod predestinacio divina que dicitur liber eo quod
in mente divina nomina suorum et electorum est fir
miter dispositum et hec est descripcio simpliciter.

Utrum autem isti erant ibi scripti forsitan habuit
apostolus predictam revelacionem. Alio modo dicitur aliquis
scriptus in libro vite secundum presentem iusticiam et
quia in alio contingit deficere et hec est descrip
cio secundum quid. Apostolus presumens opera istorum que vide
bant estimare debebat quod erant in gracia
loquitur secundum proposito non per revelacionem habuerit
quod simpliciter essent scripti in libro vite Gaudete.
hic consequenter inducit philippenses ad spiritualem leticiam
et 2º ad bonum operis perseveranciam eo quod eius
ondit hec leticia ibi Decetero fratres. Circa primum
Gaudete in domino non in mundo semper i. racio
nabiliter iterum dico gaudete ad maiorem in
ducionem modestia vestra in conversacione et vita
nota sit omnibus hominibus ut boni me
liores fiant exemplo vestri et mali ad bonum
convertantur Dominus prope est ad vos remunerandos
Et quia nimia sollicitudo temporalium impedit
spirituale gaudium ideo subdit Nichil solliciti
sitis superflue. Non oportet sollicitari de su
perfluis aliter videtur temptacio dei Sed in omni
oracione et hic ponit 4or partes oracionis oportet
enim in orando primo ad deum accedere per mentis
elevacionem et hec vocatur oracio ascensus mentis
in deum / 2º quod querit determinate ponit sub
verbo in tali et hec vocatur peticio propter quod dicit
hic peticiones vestre innotescant et ad deter
minatam ponentes 3º quod ponens se disponit
ut exaudiri debeat quod vocatur graciarum actio
per hoc enim quod quis se gratum ondit de beneficiis
receptis meretur recipere potiora 4º quod expri
mat illud per quod oracio sit exaudibilis
ex parte dei quod est eius sanctitas et hoc nomi
natur dicitur et obsecraciones sicut in dicitur per nati
vitatem tuam libera nos domine Et pax. Hic apostolus
in ceteris epistolis ponit in fine pacem
illam propterea Et pax dei i. deus qui est pax
et quies mentis que exsuperat omnem sensum
eo quod est ab omni intellectu creato incomprehensibilis
custodiat corda vestra ut voluntates vestras
in bono que dicuntur corda quia sicut cor movet
alia corporis membra sic voluntas movet
alias anime potencias ad actus suos ipso
usu i. per usum proprium Et quod subditur in aliquibus
libris domino nostro non est de textu nec habetur
in aliquibus libris correctis / Decetero fratres hic
inducit philippenses ad boni continuacionem et
augmentacionem dicens Decetero fratres quecumque sunt vera

sed sine mixtione quecumque pudica sed lascivia
dissolutione. quecumque iusta erga proximum que
cumque sancta erga cultum divinum quecumque ama
bilia deo et hominibus bonis quecumque bone
fame i. digna boni nominis. si qua virtus
moralis et intellectualis si qua laus dis
cipline i. disciplina morum laudabilis hec
cogitate frequenter imitando que et didicistis
per meam doctrinam et accepistis i. accepistis
tamquam digna teneri et servari et audistis
ab aliis predicatoribus veris et vidistis in
me qui non solum verbo sed exemplo predicavi vobis
hec agite et non solum cogitate et deus pacis
i. dator vere pacis scilicet interne et superne erit
vobiscum per gratiam in presenti et gloriam in futuro
Gavisus sum hic commendat apostolus de liberalitate
philippenses gratulando magis tamen propter eorum meritum
quam proprium commodum dicens Gavisus sum autem
in domino vehementer i. valde quoniam tandem aliquando re
floruistis etc. loquitur de ipsis per similitudinem
arboris que videtur arida et postea revi
rescit et floret secundum revolutionem temporis Sic
philippenses primo ministrant apostolo necessaria postea
cessaverunt ad tempus et iterum miserunt sibi [illegible]
pro suis viribus Sicut cogitastis cessatum inter
media dicens occupati autem eratis i. impediti pro
vide in eo quod tribulationem mitteretis non quasi
propter penuriam scilicet meam dico quod gavisus
sum vehementer et subdit causam dicens Ego enim
didici i. assuevi in quibus sum sufficiens
esse i. in illis que habeo contentus esse scio et
humiliari quia non frangor per impacientiam
scio et habundare quia tamen non erigor per
superbiam ubique et in omnibus carentibus
institutus sum i. informatus sum a deo
qualiter me debeam habere et saciari scilicet scio
in corporali et esurire scilicet impaciencie defectu
et habundare scilicet superbie fastu et penuriam
pati scilicet tristicie luctu omnia possum i. omni
fortuna bene possum uti unde dicit philosophus primo ethicorum
de virtuosis Et fortunas optime ferent
quia vita vere bonus est ut tetragonus
sine vituperio Sic enim corpus tetragonum bene sedet
in quolibet latere sic virtuosus in qualibet
fortuna prospera vel adversa bene se habet tamen
hoc fit multo melius per virtutem ex actibus
acquisitam ideo subdit apostolus In eo qui me

confortat i. per ipsum deum Verumtamen bene
fecistis etc. et vobis communicantes tribulationi
mee i. mittentes michi subsidium temporale
detento in carcere Scitis autem et vos philippenses
per ea que vidistis et audistis quod in principio evangelii etc.
i. quando vobis evangelium predicare incepi nulla michi
ecclesia communicavit in ratione dati et accepti. Ratio
enim est ut accipientes spiritualia a predicatoribus
dent eis temporalia nisi vos soli et in hoc com
mendat eorum liberalitatem patris quia et
thessalonicam semel et bis in usum mi
misistis scilicet bona vestra in quibus ego et predi
catores ... alii. deinde quare non suppleam
secundum meum usum non quia quero datum
principaliter sed scilicet quia requiro fructum
habundantem in ratione vestra i. meritum ex parte
vestra que dicitur fructus habundans quia adducit
ad vitam beatam Habeo autem omnia que misistis
michi et habundo etc. non solum pro meis usibus sed
pro usibus aliorum acceptis ab epafrodito
muneribus ea que misistis per eum in odo
rem suavitatis etc. Nam elemosina est hostia
deo acceptissima et quia de beneficio re
gratiandum est benefactori ideo subdit Deus autem
meus suppleat omne desiderium vestrum sicut
me replevistis secundum divitias suas in gloria
reddendo vobis pro temporalibus eterna christo ihesu
i. per ihesum christum mediatorem dei et hominum Et
quia cuiuslibet boni deus est principalis auctor
ideo gratias agit ei generaliter dicens Deo autem et pa
tri nostro gloria etc. Salutate hic ultimo ponit huius
epistole conclusionem per salutationem et dicit Salutate
omnem sanctum in christo ihesu i. omnem sanctificatum
per baptismum ihesu christi Salutant vos qui mecum
sunt fratres in ministerio et per tempus predicantes
Salutant vos omnes sancti i. christiani generaliter
maxime autem qui de cesaris domo sunt
per hoc innuit quod isti specialem affectum habebant
ad philippenses Gratia domini nostri ihesu christi cum spiritu vestro
sit et remaneat semper Amen Incipit
Epistola pauli ad Colocenses capitulum primum
Paulus apostolus hic incipit primum
epistola ad colocenses que dividitur
in tres partes in salutationem et
prosecutionem ibi Gratias agimus
et conclusionem quarto capitulo ibi Que circa me sunt

In prima parte exprimit persone salutantes
et in secunda persone salutate ibi His qui sunt
colossis etc et bona eis optata ibi Gratia vobis etc
Et patet sententia ex dictis epistolis in principiis aliarum
epistolarum. Gratias agimus. Hic incipit epistole pro-
secutio. Circa quam sciendum quod apostolus non
predicat colocensibus personaliter ut patet in prologo
communi sed per discipulos suos scilicet Archippum
et Epafram. Et postea inducebantur a pseu-
do apostolis ad recipiendum legalia cum evangeli-
o quod apostolus qui in partibus illis erat pas-
de famosus scripsit eis ipsos a legalibus
retrahendo et in fide ac moribus solidan-
do et dividitur in tres partes quia primo inducit eos
ad tenendam firmiter evangelii veritatem secundo ad
vitandum pseudo apostolorum falsitatem ca. 2. tertio
ad continuandum vite sanctitatem 3. ca. Prima
in duas quia primo ut verba sua melius recipi-
ant ostendit se eis benivolum secundo inducit eos
ad predicta tenendum evangelium Christi ibi Qui est ymago
Prima autem facit duplex scilicet agendo gratias de
bona eorum inchoatione secundo orando devote
pro meliori consummatione ibi Ideo et nos Circa primum
dicit Gratias agimus deo et patri domini nostri Ihesu
Christi semper etc id est debitis horis ad orandum
deputatis audientes per epafram ut habetur
infra fidem vestram in Christo Ihesu que est fun-
damentum spiritualis edificii. Et quia fides sine
operibus mortua est Jac. 2. ca. Et dilectionem
quam habetis in omnes sanctos id est caritas que
consistit erga omnes fideles. Et non pro quomodo
terrene sed perfecti premio id est sequitur propter spem que
reposita est vobis in celis quam audistis in verbo veritatis evangelii
quod non promittit bona terrena sicut lex
vetus sed celestia sic patet ex doctrina ipsius
quod pervenit ad vos predicationem discipulorum
meorum sicut et in universo mundo est non a tempore
apostolorum predicatio sicut evangelium per orbem terrarum
sic plenius declaravi super id psalmus 18. In
omnem terram exivit sonus eorum et brevius replicavi super epistolam ad Ro. 1. ca.
ubi hec auctoritas allegatur. Et fructificat
et crescit in aliis gentibus sicut in vobis
sic fructificat ex ea die qua audistis
credendo. Cetera patent in textu. Ideo et nos.
Hic quia apostolus ostendit se benivolum colocensibus
orando pro eorum felici consummatione dicit Ideo et nos
ex qua die audivimus vestrum bonum principium non
cessamus pro vobis orantes mente et postulantes
ore ut impleamini agnitione voluntatis eius id est
ut plenius divinam voluntatem cognoscatis
in omni sapientia quantum ad cognitionem rerum ad vitam
activam pertinentium et intellectu spirituali quantum
ad cognitionem spiritualium et contemplationem in spe-
culabilibus et operabilibus in omni opere
bono fructificantes id est de bono in melius
proficientes quantum ad vitam activam et crescentes
in scientia dei quantum ad vitam contemplativam in
omni virtute scilicet morali et intellectuali con-
fortati secundum potentiam claritatis eius. Hoc addit
ad ostendendum quod non loquitur de virtutibus poli-
ticis sed infusis que dantur a deo cum gratia et
per eam sibi augmentantur in omni pacientia pro
adversorum tollerantiam et longanimitate etc
per eorum priorum expectationem. Gratias
agentes deo et patri qui dignos vos iudeos
et gentiles inde me fecit per gratiam baptis-
mi in partem sortis sanctorum in lumine quia gratia
baptismi digni sunt hereditate eterna que habe-
tur in clara dei visione qui eripuit nos de
potestate tenebrarum id est de potestate inimici per mortem
filii sui et transtulit in regnum filii etc eripien-
do nos de potestate et regno diaboli et remis-
sionem peccatorum per sacramenta baptismi et penitentie que
habent efficaciam a passione Christi. Qui est
ymago. Postquam apostolus ostendit se benivolum
colocensibus hic consequenter inducit eos ad te-
nendum firmiter evangelii veritatem et dividitur in tres partes
quia primo declarat auctorem evangelii secundo invitat
ad firmiter adherendum ibi Et vos cum essetis
tertio reddet tacite questionem ibi Qui nunc gaudeo
Auctorem vero evangelii declarat per excellentiam
auctoris ipsius scilicet Christi. Cuius excellentias triplex
declarat primo in comparatione ad patrem suum secundo
quo ad totum universum ibi Quia in ipso
3o quo ad corpus eius misticum ibi Et ipse caput
Circa primum ad primum declarat duas excellentias
Christi Prima est quod est ymago patris id est expressa
similitudo ipsius secundum deitatem. Hic dicitur Qui est ymago

alicuius potest dici dupliciter. Uno modo naturale sicut
in substantia filius dei ymago patris quia
procedit de eo per modum nature et in eandem speciem.
Alio modo artificiale sicut ymago herculis est in
lapide. Primo modo christus est ymago dei patris
tamen in redemptionis originali ne quia divina natura
non est multiplicata. Creatura autem intellectualis
est ymago dei in natura aliena et sic non est
proprie eius ymago sed magis ad eius ymaginem.
Primogenitus omnis creature id est genitus ante omnem
creaturam quia generatio filii a patre est eterna. Pro-
ductio autem creature est temporalis que potest dici large
generatio eo modo quo deus dicitur pater omnium creaturarum.
Quia in ipso. Hic quarto ponit excellentias
Christi quantum ad universum. Nam omnia preexistunt
in eo sicut in causa exemplari. Ideo dicitur Quia in
ipso condita sunt universa id est disposita. Omnis
enim creature comparantur ad deum sicut artificiata ad
artificem. Exodi 1o. Omnis enim est artifex (?)
Artificiati ideo prius est in conceptione artificis quam in
effectu. Domus enim extra fit a domo intra con-
cepta. Filius autem in divinis est conceptum sive
verbum patris et ideo omnes creature preexistunt in eo
exemplariter ab eterno. Quia nulla novitas
est in deo. Visibilia quantum ad creaturas corporales
invisibilia quantum ad spirituales. Sive throni. Hic
exprimit ix ordines angelorum quorum primus
est de suprema ierarchia 2us et 3us de media
4us de infima. Et per hoc intelligunt alii
ordines qui omnes existunt in deo sicut in ex-
emplari. Et sic omnia preexistunt sicut in eo
sicut in causa efficiente et in eo quiescunt sicut in
fine proverbiorum 16o Universa propter semetipsum operatus
est dominus. Ideo sequitur Omnia et cetera. Jungatur
sic littera. Omnia per ipsum creata sunt efficienter
et in ipso scilicet quiescunt finaliter. Et ipse est ante
omnes scilicet creaturas quas precedit duratione et dignitate.
Et omnia in ipso constant quia per ipsum omnia
conservantur in esse. Sicut enim de nichilo creata
sunt sic in nichilum redigerentur nisi per ipsum
manu tenerentur. Et ipse est caput. Hic quinto
ponit excellentias Christi quantum ad corpus eius
misticum dicens Et ipse est caput corporis ecclesie
influens sensum et motum secundum vitam gratie
Johannis 1o De plenitudine eius omnes accepimus gratiam
pro gratia. Qui est principium primogenitus ex mor-

tuis. Aliqui enim surrexerunt a morte ante
Christum ut lazarus et plures alii. Illa tamen non fuit
perfecta resurrectio quia surrexerunt ad vitam mortalem
que magis dicitur mors quam vita quia est quedam
tendentia ad mortem. Unde et illi postea mor-
tui sunt. Sed Christus primus resurrexit ad vitam
immortalem que est vera et perfecta resurrectio. Et quia
primus in aliquo genere est causa aliorum ideo resurrectio
Christi est causa resurrectionis nostre. Propter quod dicitur hic principium
primogenitus ex mortuis ut sit in omnibus
primatum tenens non solum respectu hominum sed etiam omnium
angelorum tamen propter plenitudinem gratie que data
est ei non ad mensuram Johannis 3o. Angelis autem
ad mensuram data est. Tamen licet humana natura Christi
secundum se accepta sit inferior angelica propter
quod dicitur Christus ab angelis minoratus psalmo 8o. Tamen in quantum
est unita divinitati in supposito filii excellentior
est effecta. Ideo subdit quia in ipso homine Christo
complacuit toti trinitati omnem plenitudinem scilicet
gratie inhabitare. Illa enim plenitudo data fuit
a tota trinitate sed tamen excellentia unionis
sic exponit. Quia in ipso homine Christo complacuit
filio dei omnem plenitudinem inhabitare
id est secundum plenitudinem sue divinitatis quia solus filius
est incarnatus sed tamen incarnationem tota
trinitas fecit. Et per eum reconciliare omnia in
ipsum deum patrem pacificans per sanguinem
crucis eius qui fuit sufficientissimus ad sa-
tisfaciendum pro omnibus. Ideo subdit Sive que
in terris sunt quantum ad homines sive que in celis
sunt quantum ad angelos. Non tamen sic intelligendo
quod penam angeli sit finaliter remissibile propter [illegible]
Christum ut credidit origenes sed quia per passionem
Christi eorum societas restauratur per hoc quod homines
salvi per Christum redempti ibidem assumuntur. Et
ista sunt excellentie Christi auctoris eternitatis
cuius lator est Christus. Et vos cum essetis. Hic quarto
apostolus inducit colocenses ad observantiam
Christi et cetera. Et vos cum essetis alii alienati
a deo per ydolatriam et inimici sensu id est sensibiliter
et manifeste operibus malis id est per opera
mala ad sensum patentia. Nunc autem post
veram conversionem reconciliavit scilicet vos in corpore
carnis eius per mortem id est in corpore suo passibili
et per quod sumus redempti exhibere vos
sanctos id est sanctificatos per baptismum in quo nobis plenarie

gnicat effectus passionis et immaculatos
in presencia patris et irreprehensibiles a proximis
coram ipso i. cum veritate intencionis et non
solum coram mundo per ficcionem ypocrisis si tamen per-
manetis in fide. s. xpi. fundati et stabiles
contra persuasiones pseudo apostolorum et immo
biles a spe ewangelii quod audistis ut scilicet sperat
consequi vitam eternam per fidem xpi et carita-
tem informata et illorum per legalia quod predicatum
est in universa creatura i. per universum orbem
intellige omnis homo eo quod homo sibi vindicat
habet cum omni creatura secundum quod dicit Greg. Ome-
19. Habet namque homo esse cum lapidibus
vivere cum arboribus sentire cum animalibus intel-
ligere cum angelis non sic intelligendo quod ewangelium ex-
tunc fuit predicatum singulis hominibus de toto
mundo sed quia tunc fuit predicatum in omnibus
partibus mundi in quibus habitant homines ex
quibus aliqui crediderunt sicut dictum est supra
Cuius factus sum hic apostolus ondet eandem
veritatem quoniam quia posset aliquis dicere quod non perti-
net ad paulum ita scribere colocensibus cum eis
non predicavit ut supra dictum est neque enim eos
viderit ut habetur infra secundo capitulo Ideo quod ondet
quod hoc pertinebat ad eum eo quod erat apostolus
gencium ut dictum est supra Gal. 2o. Cui opera-
tus est petro etc. De quorum numero erant colocenses
et hoc est quod dicit Cuius scilicet ewangelii factus sum
ego paulus minister i. predicator ex apostolatus
officio qui nunc gaudeo in passionibus
i. in tribulacionibus quas pacior pro vobis gentibus
eo quod predicavi ewangelium gentilibus de quibus
vos estis licet enim non predicavit eis tamen per
suos discipulos predicavit ut predictum est et
adimpleo ea que desunt passionum xpi
passiones autem xpi dupliciter dicuntur Uno modo
in corpore proprio in quo sustinuit famem sitim
mortem et sic accipiendo nichil erat ibi adim-
plendum Alio modo possunt pati in membris suis que
sunt fideles secundum quod dicitur Act. 9o. Saule Saule
quid me persequeris. et sic loquitur hic apostolus
ideo subdit In carne mea et quia passiones
sanctorum sunt ad bonum tocius ecclesie cuius sunt
membra ideo subdit pro corpore eius quod est ecclesia cuius
scilicet ecclesie factus sum ego minister prelati enim
ecclesie non sunt domini sed ministri secundum
dispensacionem dei que data est mihi in vos

ut impleam verbum dei id est ewangelium i. ad hoc factus sum a deo apostolus gencium ut implea-
verbum dei verbo vel scripto illud misterium
i. sacramentum secretum quod absconditum fuit a seculis
et generacionibus quia ante ipsum xpum non fuit cog-
nitum nisi paucis prophetis Nunc autem ipse xpus vel sacra-
mentum est sanctis eius i. sanctificatis per baptismum quibus
voluit deus ex sua mera gratia notas fa-
cere divicias glorie sacramenti huius i. copiosam gloriam
huius sacri secreti in gentibus quod sum
amplius quod s. sacrum secretum est xpus qui est
deus incarnatus passus et mortuus et
resuscitatus et ad dexteram patris elevatus
in vobis spes glorie quia per ipsum consequimur glo-
riam et beatitudinem expectatam si in eo fideles
manseritis quem nos annunciamus predicando
corripientes omnem hominem a vita
ewangelii devientem et docentes omnem hominem
in omni sapiencia ad salutem ut exhibeamus
omnem hominem perfectum in xpo ihesu Scilicet quod sit
perfectum dicitur cui nichil deest. quod dupliciter potest
intelligi Uno modo quia nichil deest de neces-
sariis ad salutem et de hac perfeccione loquitur
hic apostolus Alio modo quia nichil deest de hiis que
possunt inesse proficiendo ad salutem et sic non
capitur hic quia talis perfectio non habetur in via
in qua potest homo semper proficere ut dictum est supra
Philipp. 3o. In quo i. propter quod et labo-
ro certando contra adversarios fidei non solum in
verbis sed eciam in operibus miraculosis ideo secundum
operacionem eius i. dei qui facit miracula
que operatur in me i. per me in virtute sua
et non mea. Cap.m Secundum
Volo enim Hec est 2a pars principalis in qua apostolus
inducit colocenses ad precavendum pseudo
apostolorum falsitatem et dividitur in duas partes quia primo
ponit suum motivum 2o procedit ad propositum ibi hoc
autem dico Motivum autem apostoli fuit sollicitudo
de salute colocensium et aliorum fidelium et ea
est quod dicit Volo enim vos etc. ideo sequitur ibi ut
consolentur corda ipsorum per spiritum sanctum inhabitan-
tem qui est consolator instructi in caritate
que diffunditur in cordibus Ro. 5o capitulo et
in omnes divicias plenitudinis intellectus
ut sit non solum sint perfecti quantum ad affectum sed
eciam quantum ad intellectum in agnicionem misterii
secreti dei et patris ihesu xpi cognoscendo
quod pater et filius sunt distincte persone et unus

deus in quo scilicet christo sunt omnes thesauri
sapientie et scientie absconditi. Nam in eo secundum di-
vinitatem que est sapientia divina que est infinita
et secundum humanitatem humana habet plenitudinem scien-
tie et gratie cognoscens omnia que cognoscit
divinum scientia visionis. Hoc autem dico. Hic accedit
ad propositum inducendo colocenses ad precaven-
dum deceptionem pseudo apostolorum. Circa quod sciendum quod ad de-
cipiendum triplici utebantur. Uno argumentis
philosophicis. Alio ex auctoritate legis eo quod data erat
a deo. Tertio ex simulatione sanctitatis qua frequenter
simplices decipiuntur. Primo quod inducit ad cauta-
tionem primi. 2° ibi Et estis. 3° ibi Nemo vos
seducat. Circa primum dicit Hoc autem dico de solli-
citudine mea pro vobis ut nemo etc. i. verbis philoso-
phicis. Nam et si corpore absens sum a vobis sed spiritu
vobiscum sum sicut spiritus Helisei erat presens ibi
Jezi qui accepit munera a Naaman ut dicitur
4° Regum 5°. Videbat enim amplius in spiritu que apud
colosenses agebantur. gaudens et videns ordinem vestrum
i. gaudeo de hoc quod video vestrum modum
vivendi ordinatum et firmamentum eius que in Christo fidem vestram
de Christo firmam esse. Sic ergo accepistis Christum Jesum
i. fidem eius in ipso ambulate de virtute in
virtutem radicati in caritate et superedificati
in ipso per alias virtutes et confirmati in fide sicut
et didicistis a discipulis meis habundantes in
illo in gratiarum actione i. habundanter gratias agen-
do Christo de vestra conversione. Videte cavendo dili-
genter ne quis vos decipiat per philosophiam et in-
anem fallaciam. Rationes enim philosophice in fide Christi
sunt inanes et sophistice procedunt ex appa-
rentibus sensui et applicant ad materiam sensum
totaliter excedentem concludendo quod deus non
possit incarnari. virgo parere. mortuus resurge-
re et similia. sed hoc non valet quia virtus divina
cum sit infinita potest illa que naturaliter sunt impossibi-
lia. Subdit secundum traditionem hominum quorum doctrina
ex apparentibus sensui procedit secundum elementa mundi
i. sensibilem et visibilem naturam et non secundum Christum i. virtu-
tem eius que est infinita quia in ipso habitat omnis
plenitudo divinitatis i. divinitas perfecta non solum per
essentiam presentiam et potentiam per quem modum
est in omnibus creaturis vel per gratiam per quem modum
specialiter est in sanctis sed etiam per unionem in supposito
corporaliter quia non tamen anima est a verbo
assumpta sed etiam corpus unde et in triduo mortis
Christi fuit unitum divinitati quamvis esset ab anima
separatum. Et estis. Hic quantum inducit colocenses

ad precavendum secundum deceptionis modum quia
gratia Christi est sufficientissima ad tollendum
omne peccatum et conferendum salutem absque observan-
tia legalium ideo dicit Et estis in illo i. per illum
repleti gratia qui est caput omnis principatus et potestatis
i. non solum hominum sed etiam angelorum propter quod
in legalibus potestis ad dominum ad corpus co-
rrigi pt quod subdit in quo i. per quem et cir-
cumcisi estis circumcisione non manufacta i. non
circumcisione corporali sicut iudei in expolia-
tione corporis carnis i. in amore peccati carnalis
per quem concupiscentiam operientur sed in circumcisione
Christi i. per ipsum Christum data est spiritualis in amore
peccatorum et hoc per baptismum qui totaliter tollit peccatum
et ideo subdit consepulti ei in baptismo i. tollit
mortui peccato in quo et resurrexistis ad vi-
tam gratie per fidem operationis dei i. quam
deus operatur qui suscitavit illum ex mortuis
ad vitam immobilem Ro. 6°. Christus resurgens
ex mortuis iam non moritur etc. Et vos cum
essetis mortui in delictis i. peccatis actualibus
et preputio carnis vestre i. in originali quia
per originem contrahitur convivificavit vos cum
illo i. vita gratie donans vobis i. gratis remit-
tens omnia delicta tam originalia peccata
quam superaddita delens quod adversus nos erat
i. iudeos chirographum decreti i. obligationem
legis veteris quantum ad ceremonialia et iudicialia
quod erat contrarium nobis i. eo quod erat onus
importabile nobis et patribus nostris ut dicitur
Act. 15°. affigens illud cruci quia legalia mor-
tificata sunt passione Christi. Expolians prin-
cipatus et potestates i. demones qui spoliavit
eo quod nulla remanserit in eis integra.
qui sunt spoliati quia Christus eduxit de limbo
patres veteris testamenti traduxit confidenter
i. potenter ad ecclesiam palam triumphans illos
quod duplex potest exponi. Uno modo referendo hoc illos
ad demones quos devicit. Alio modo referendo
ad patres quos sui triumphi fecit participes ut
sit sensus triumphans illos i. triumphare faciens
in semetipso i. per virtutem propriam et non alienam
Concludit ergo ex predictis Nemo ergo vos iu-
dicet transgressores in cibo et potu lege prohi-
bito si vescamini aut in parte diei festi a vobis
non celebrata ut pascha pentecoste et huiusmodi
aut neomenie i. primi diei mensis aut sabbatorum
in fine ebdomade. isti enim dies in lege domini
celebres et hec celebritas cessavit tempore

spiritualis adveniente veritate per christum. ideo subdit
Que sunt .i. fuerunt tempore veteris testamenti umbre
futurorum tempore christi. corpus autem .i. soliditas veritatis
huius umbre christi .i. pertinet ad christum per quem est
impleta. Nemo vos seducat. Hic contra
inducit ad praecavendum deceptionem .3. modum
qui est per simulationem sanctitatis dicens. Nemo vos seducat
volens ambulare in humilitate ficta et
religione angelorum. scilicet ostendens se tamquam
sit nuntius a deo missus sicut angelus quod
faciebant aliqui pseudo apostolorum. Ambulans
frustra .i. perdens quicquid agit inflatus sensu
carnis sue .i. superbiens ex sensu suo proprio decipiente
presumptione et non tenens caput .i. christum per veram
et sinceram eius fidem. ex quo .i. ex cuius
influxu spirituali totum corpus eius mistici quod
est ecclesia per nexus et coniunctiones fidelium ad
invicem subministratum et constructum per officium
superiorum et inferiorum secundum diversos gradus status
crescit in augmentum virtutum et meritorum dei .i.
ad honorem domini. Ex quo concludit ulterius vi-
tandam observationem legalium dicens. Si ergo mor-
tui estis cum christo .i. consepulti morti eius et se-
pulti per baptismum in quo plenarie communicat virtus
mortis sue. et per consequens ab elementis huius mundi
scilicet sepulti. Et dicit hic elementa veteris testamenti
sacramenta quia consistebant in quibusdam rebus
corporalibus ut in ablutione aque lustrationis
et huiusmodi in quibus non erat spiritualis
virtus. propter hoc dicit elementa egena et infir-
ma. Gal. 4. In sacramentis autem nove legis
est virtus spiritualis ad causandum gratiam. Quid
huc tamquam viventes in hoc mundo et non christo
decernitis. dicentes unus alteri Ne tetigeritis
immundum secundum legem et morticinum vel aliquid
huiusmodi. neque gustaveritis cibum lege prohibitum
ut porcum vel aliquid huiusmodi. neque contrectaveritis
vendendo illa alicui vel emendo. Que
sunt omnia .i. omnia et illa sunt in interitum
.i. in pravum post publicationem evangelii. ipso usu
.i. si quis vult talibus observantiis secundum precepta
et doctrinas hominum. Hoc dicit quia ad communionem le-
gis illa qui erant superiores in populo iudeorum
multa addiderunt. de quorum observantia dominus
preceptorum Mt. 15. quod reprobat salvator ibidem dicens.
Sine causa autem me colunt docentes doctrinas
et precepta hominum relinquentes enim mandatum dei
tenentes enim traditiones hominum. Que sunt quidem
rationem sapientie .i. speciem sapientie sed non secundum veritatem
ideo subdit. In superstitione .i. in superflua et va-
na religione quia sunt tales observantie
et humilitate scilicet ficta. de qua dicitur Eccli. 19.
Est qui se nequiter humiliat et interiora eius
plena sunt dolo. et non ad parcendum corpori. Nam
tales enim coram simplicibus se iactabant
sibi non parcere a labore corporali ad predicandum
salutem populi et refugere honorem mundanum et
lautum victum. Per tales enim sollicitudines
frequenter decipiunt simplices. Sed quod apostolus docet
illa pravum sicut salvator Mt. 7. Attendite
a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis
ovium intrinsecus autem sunt lupi rapaces
Et eodem modo heretici decipiunt simplices homines

Igitur si consurrexistis. Capitulum tertium

Postquam apostolus induxit colocenses ad
tenendum fidei veritatem et ad cavendum
pseudo apostolorum falsitatem. Hic consequenter inducit eos
ad conservandum vite sanctitatem. propositus de moribus
informando et dividitur in .2. partes quia primo facit hoc quantum
ad omnes. 2o specialiter quo ad status aliquos spe-
ciales ibi Mulieres. Circa primum sciendum quod finis impo-
nitur in hiis que sunt ad finem. et ideo
primo instruit eos de appetitu finis. 2o de
moribus ad hunc finem ordinatis ibi Mor-
tificate. Circa primum dicit aliud quod consequendum Igitur si
consurrexistis cum christo conformiter. sancta. Que sursum
sunt querite .i. bona celestia desiderate ubi christus
est in dextera dei sedens .i. Membra enim debent
sequi caput. christus autem est caput ecclesie ut
predictum est. et ideo fideles qui sunt membra eius
debent eum sequi per desiderium ut sic ei iungantur
finaliter in celestibus perpetuo obtentu. Non que
sunt super terram in bonis terrenis ponendo finem
Et subdit rationem Mortui enim estis. pro peccato lap-
sum et sic in terrenis non debetis ponere finem
verum sed in celestibus que non apparent in presenti
ideo subdit. Et vita vestra .i. eterna abscondita
est cum christo in deo que consistit obiective in
visione divini patris et huius filii christi fidelis ideo dicit
Salvator Ioh. 17. Hec est vita eterna ut cognos-
cant te solum deum et quem misisti ihesum christum
Cum enim christus apparuerit in iudicio finali
vita vestra non dico tunc et vos apparebitis cum
ipso in gloria. quasi dicat tunc vita beata que modo est
vobis abscondita manifeste erit vobis tunc exhibita

Mortificate hic incipit instruit eos de moribus
ad similitudinem ordinatis et primo quantum ad deposi-
tionem viciorum 2o quantum ad acquisitionem virtutum ibi Et
induentes prima adhuc in duo quia primo docet
deponere peccata carnalia 2o spiritualia ibi Nunc autem
Circa primum dicit Mortificate ergo membra vestra que
sunt super terram id est que pertinent ad partem terre-
nam que sic sunt mortificanda per acritudinem
vite ut non sufficiant ad serviendum deo et vi-
cia arceant que impediunt ingressum celestium
secundum quod dicitur Apocalypsis 21o Non intrabit in eam
aliquid coinquinatum id est subditur fornicationem que
est coitus solutus cum soluta et per hoc intelligi-
tur intelligi adulterium esse deponendum immun-
diciam quantum ad peccatum contra naturam libidinem
quantum ad oscula tactus impudicos et similia
concupiscentiam malam quia non solum actus ex-
teriores sunt refrenandi sed etiam actus mentis
interiores et avariciam que est iniusta pe-
cunie acquisicio unde dicitur Avarus quia avidus
eris Reponit autem hic inter vicia carnalia quia
fomentum eius prestat quia pecuniam habent sibi et
potus lauti lecti molles et huiusmodi ad luxu-
riam concitantes que est simulacrorum servitus
id est idolorum servitus in quantum avarus condit pecu-
niam suam studiose propter que vicia preda
venit ira dei id est vindicta super filios incredulitatis
qui vitam aliam non credunt propter quod sine
freno vite presentis carnalibus se exponunt in
persona quorum dicitur Sapientie 2o Umbre transitus
est tempus nostrum et non reuersio finis nostri
venite ergo et fruamur bonis que sunt id est in quibus
id est inter quos et vos ambulastis aliquando scilicet
in conversacionem vestram talia vivendo Nunc autem
hic incipit inducit ad deponendum vicia spiritua-
lia dicens Nunc autem deponite et vos omnia id est non solum
vicia carnalia sed etiam spiritualia iram id est appetitum
illicitum vindicte indignationem id est eius signum
in facie maliciam id est mali machinationem interi-
us blasphemiam contra deum turpem sermonem
id est detractionis murmurationis et derisionis contra
proximum nolite mentiri invicem unde alium sic de-
cipiendo expoliantes vos veterem hominem
id est statum gentilem cum actibus eius malis
ut sic deponat omnia peccata Et induentes
hic incipit inducit ad virtutum acquisitionem que sunt
mentis indumenta et primo ponit ad hoc motivum
2o prosequitur intentum ibi Induite vos motivum
autem hoc est quia homo est ad imaginem dei
secundum mentem que imago deformatur per
vicia et reformatur per virtutem propter quod debet
homo moveri ad virtutum acquisitionem ideo dicit
Et induentes novum eum scilicet hominem qui reno-
vatus est per baptismum qui renovatur id est in hac
renovatione proficit in agnitionem dei id est per aug-
mentum fidei formate caritate secundum imaginem
eius id est id est secundum partem intellectivam que est
ad dei imaginem ubi non est masculus
et femina quia distinctio sexuum non est ex
parte mentis sed corporis Illud in scilicet masculus
et femina non est in libro correcto quia sic
habet ubi non est gentilis et iudeus etc. et
hic ubi refertur ad deum de quo in mente
dicitur qui creavit eum Nam apud deum
non est personarum acceptio sed recipit omnem vi-
ventem ad se perfidem ita quod nulla diver-
sitas preiudicat sive nationis ideo subditur gen-
tilis et iudeus sive observationis ideo subditur
Circumcisio et preputium sive lingue barbarus
et scita sive conditionis servus et liber Et per hec
intelliguntur alie diversitates quecumque sed et
omnia et in omnibus christus id est christus est in omnibus
per gratiam et omnia opera eorum principale operatur
Induite vos hic incipit prosequitur intentum de virtutibus
et primo in comparatione ad proximum 2o ad deum ibi
Et pax etc. et ordo Nam ex notioribus
procedit ad minus nota dicat igitur ut eliciat ex
predictis motiis Induite vos ergo sicut electi dei id est pre-
destinati ab eterno sancti id est sanctificati per baptismum in
tempore et dilecti per augmentum gratie viscera misericordie
quantum ad pietatis affectum benignitatem quantum ad
eius effectum unde dicitur benignus quasi bonus ignitus
ad faciendum proximo effectum humilitatem que
est virtutum custos et fundamentum modestiam
bene vivendo patientiam bene se habendo
in adversis supportantes invicem in infirmi-
tatibus et in aliis impotentiis et donan-
tes vobismetipsis id est offensam remittendo
quod est [illegible] et iniurias quod est perfectionis
et supererogationis ideo subditur Sicut et christus
donavit vobis etc. Super omnia autem hec
caritatem habete que est maior aliis virtutibus
1 Cor. 13o Maior autem horum est caritas
quod est vinculum perfectionis quia sicut virtutes po-
litice conectuntur in prudentia sic infuse

caritate. Et pax christi &c. Hic autem inducit ad virtutes in comparatione ad deum. Et primo quo ad perfectionem cordis dicens: Et pax christi scilicet data et commendata a christo exultet, i.e. existat in cordibus vestris, confundendo ibi contentionem, i.e. exaltationem spiritus vestri in deum, sicut de Joh. 4°: fiet in eo fons aque vive et salientis, i.e. salire facientis in vitam eternam. In qua scilicet pace et vocati estis in uno corpore, scilicet ecclesie sub capite christo. Et grati estote de tanto beneficio. Secundo quo ad perfectionem oris dicens: Verbum christi habitet in vobis habundanter, ita quod non solum sit in corde firmiter recipiendo sed etiam in ore per doctrinam aliis communicando, ideo subditur: In omni sapientia ad salutem mutuam docentes; sic etiam in ore pro deum laudando, ideo subditur: et commonentes vosmetipsos in psalmis, hymnis, i.e. vos mutuo ad divinas laudes excitando, et canticis spiritualibus, ita quod non sit tantum laus oris sed etiam spiritus et cordis. In gratia, i.e. in consideratione beneficiorum dei. Hic inducit ad perfectionem operis dicens: Omne quodcumque facitis &c. Omnia in nomine domini Iesu, i.e. omnia facite ad honorem divini nominis. Bonitas enim operis dependet ex recta intentione. Gratias agentes deo patri per ipsum, quia sicut dona dei nobis proveniunt per christum mediatorem, ita sint operationes nostre et orationes sint commendabiles per eum. Mulieres. Postquam apostolus informavit colocenses de moribus communibus, hic idem facit ad aliquos status speciales. Circa quod primo ponit eorum informationem, secundo suam recommendationem, ibi: Orationi. Prima dividitur in tres partes secundum tres status quos tangit, secunda ibi Filii, tertia ibi Servi. Primus status est coniugatorum. Circa quod primo informat mulieres dicens: Mulieres subdite estote viris. Debent enim per eos regi, tum quia femina est vir occasionatus, tum quia ratio magis viget in viris quam in mulieribus, ut diffusius dictum est Ephes. 5°. Sicut oportet in domino, i.e. in licitis et honestis. Tum secundo instruit viros dicens: Viri diligite uxores vestras, quia vir et uxor sunt una caro, quilibet autem naturaliter diligit carnem suam. Et nolite amari esse ad illas, tractando eas ut ancillas, sed magis ut socias, propter hoc enim de latere viri formata fuit ut agnosceretur socia et non ancilla, ut plenius dictum fuit Ephes. 5°. Filii obedite. Hec est 2a pars in qua instruit patres et filios dicens:

Filii obedite per omnia licita et honesta parentibus, a quibus filii habent esse, nutrimentum et documentum. Hoc enim placitum est domino, qui dedit preceptum de honore parentum, Exo. 20°. Secundo instruit patres dicens: Patres nolite ad indignationem, i.e. ad impatientiam, filios vestros provocare, i.e. verecundia contra [illegible], et subditur ratio dicens: Ut non pusillo animo fiant, i.e. ut non per duritiam facti a vobis fugiant et sic carentes disciplina peiores fiant. Servi obedite. Hec est tertia pars in qua docet dominos et servos, et primo servos, secundo dominos, in principio capituli sequentis. Circa primum dicit: Servi obedite per omnia licita et honesta dominis carnalibus, i.e. in hiis que pertinent ad corpus; in hiis autem que pertinent ad animam servus non est subiectus domino sed deo et ecclesie ministris. Non ad oculum servientes, i.e. tantum in presentia dominorum, quasi hominibus placentes. Illi enim qui sic serviunt tantum hominibus placere querunt. Sed in simplicitate cordis, i.e. sine plica simulationis aut dolositatis. Timentes deum et non homines tantum. Quodcumque facitis, ex animo operamini, i.e. voluntarie, sicut domino et non hominibus, scilicet principaliter, sed secundario, et principaliter deo. Debent enim sic cogitare quod deus illorum servitutem ordinavit ad eorum salutem per modum sue humiliationis, et sic serviunt deo principaliter et homini secundario propter impletionem divine ordinationis. Ideo subditur: Scientes quod a domino accipietis retributionem hereditatis [illegible] eterne. Christo domino servite [illegible] in illo predicat conditio servitutis, unde dicit Ambrosius: In domino bona servitus et bona libertas eque laude appenduntur. Qui enim iniuriam facit sive servus, sicut dominum defraudando, sive dominus servum angariando, recipiet id quod inique gessit per debitam penam infligendam a deo. Et subditur ratio: Et non est personarum acceptio apud deum, pro maioritate hominis vel eius minoritate patiendo.

Capitulum Quartum

Domini. Hic autem instruit dominos dicens: Domini, quod iustum est et equum servis prestate, utendo servicio eorum rationabiliter et moderate. Et subditur ratio ad hoc: Scientes quod et vos dominum habetis in celo, qui puniet vos vel remunerabit si aliter feceritis, propter illud Sap. 6°: Potentes potenter tormenta patientur. Orationi. Postquam apostolus instruxit personas diversorum statuum, hic generaliter se commendat orationibus eorum dicens

Orationi instate per mentis elevationem vigilantes in ea per debitam attentionem in gratiarum actione pro beneficiis dei receptis orantes simul nam oratio multorum est magis exaudibilis et pro nobis i. pro me et sociis meis ut deus aperiat nobis ostium sermonis id est det nobis libertatem et facultatem predicandi evangelium. Ad loquendum misterium christi propter quod etiam vinctus sum in carcere non possum ad predicandum discurrere ut manifestem illud. Hoc refertur ad id quod premittit Aperiat nobis ostium sermonis sicut manifestem illud s. christi misterium quod adhuc pluribus gentibus est occultum. Ita s. constanter et discrete ut oportet me loqui s. de tanto misterio. Consequenter ostendit qualiter se habeant ad infideles dicens In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt i. extra ecclesiam. Tempus redimentes i. diligenter querentes ipsius oportunitatem eis predicandi evangelium veritatem. Et subdit modus debitus talis dicendo Sermo vester semper in gratia i. sit talis ut audientibus sit gratus et quia fit per sapientiam ideo dicitur Sale sit conditus. Sapientia enim sal nominatur eo quod est condimentum verborum sicut sal ciborum. Ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere secundum diversitatem persone sue. Aliter enim respondendum est fideli aliter infideli aliter sapienti aliter insipienti et sic de aliis. Que circa me sunt. Hec est ultima pars huius epistole que dicitur eius conclusio seu confirmatio. Et hoc dupliciter. Primo per nunciorum missionem. Secundo per specialem salutationem ibi Salutat vos. Circa primum sciendum quod apostolus misit hanc epistolam per duos nuncios ad edificandum colocenses quia esset sua epistola et ad pleniorem declarationem eius statim apostoli ut confirmarent eos in fide et consolarent eos per tribulationibus que eis supervenerant ut dictum est supra primo capitulo. Et patet ex dictis series usque ibi Qui ex vobis est i. vobis valde coniunctus caritate et forte erat gentilis natione et de partibus colossensium. Fuit in discipulus pauli sicut et titus ex gentilitate conversus ut dictum est supra. Omnia que hic aguntur circa me et alios fideles. Salutat. Hic ponitur confirmatio per salutationem bonorum. Et primo salutat apostolus colosenses ex parte sociorum suorum. Secundo laudicenses per misterium eorum ibi Salutate. Prima adhuc in duas quia primo ponit socios natione iudeos. Secundo gentiles conversos ibi Salutat vos Epafras. Primo dicit Salutat vos aristarchus concaptivus meus i. particeps mei carceris et laboris et marcus consobrinus barnabe. De isto marco dicitur Act. xv. quod recessit a paulo et barnaba in pamphiliam propter quod postea nolebat eum recipere in societate predicationis sue et sic barnabas assumpto marco iuit ad predicandum in una regione et paulus et silas in alia. Videns tamen paulus per eorum divisionem aliam utilitatem ecclesie secutam recepit dictum marcum in suam societatem et mandavit colocensibus et aliis quibus erat minus dilectus propter dictum recessum quod si veniret ad eos caritative reciperent eum. De quo mandato subdit De quo accepistis etc. Et ihesus qui dicitur iustus. Apud iudeos plures hoc nomine vocabantur. Qui sunt ex circumcisione i. iudei natione. Hii soli s. iudei sunt adiutores mei in regno dei s. in predicando. Qui mihi fuerunt solacio me consolando in mea tribulatione et supplendo vicem meam in predicando. Salutat vos. Hic ponit socios suos de gentilibus conversos dicens Salutat vos Epafras qui ex vobis est id est civis vester vobis specialiter coniunctus quia predicavit eis ut dictum est supra primo capitulo. Pro eo quod magis sufficiebat ad eos. Dicitur ex vobis quia de gentilibus conversus sicut ipsi et factus discipulus pauli sicut titus et plures alii. Cetera patent usque ibi Et pro hiis qui sunt laudicie et qui ierapoli quibus predicavit sicut et colocensibus. Salutat vos lucas medicus karissimus etc. Fuit enim medicus corporalis et spiritualis et karissimus paulo et fuit comes sue peregrinationis usque ad eius martirium ut dicit ieronimus in prologo super lucam et antiochenus natione. Salutate. Hic quarto salutat laudicenses per misterium colocensium dicens Salutate fratres qui sunt laudicie et nimpham specialiter que predicatoribus ministrabat stipendia de suis facultatibus et que in domo eius est ecclesiam i. eius familiam christianam. Et cum lecta fuerit apud vos epistola ista quam vobis mitto facite ut et in laudicensium ecclesia legatur ut doctrina mea vobis communicata eis proficiat ad salutem et consimiliter. Epistola tamen [illegible] ad laudicenses apud nos non habetur. Et dicite archippo qui rexerat misterium super ecclesiam colocensium Vide diligenter attendendo ministerium quod accepisti in domino i. in divinis rebus

ut illud impleas ad honorem domini et
salutem animarum. Salutatio mea manu
Pauli. hoc scripsit Paulus manu propria
ad maiorem certitudinem quod epistola ab eo esset mis-
sa eo quod pseudo apostoli aliqui scribebant sub
nomine ceterorum apostolorum ad maiorem decipiendum
ut dictum fuit supra Cor. ult. ca°. Memores
estote vinculorum meorum in compatiendo et etiam
in hoc si necesse fuit me imitando. Conse-
quenter subdit que sit sua salutatio d. Gratia domini
nostri Jhesu Christi vobiscum. scripsit que supplet omnem
defectum. Amen. Incipit epistola Pau-
li prima ad thessalonicenses ca. primum

Paulus et Silvanus et Thimo-
theus. hic incipit epistola prima
ad Thessalonicenses et dividitur
in tres partes. s. in salutationem
et presentationem ibi Gratias agimus
et executionem usque finem epistole i. Fratres orate. In
prima parte primo ponit personas salutantes
cum dicit Paulus et Silvanus. iste est qui vo-
catur Silas Act. xv° quem accepit Paulus in
socium ut dicitur ibidem. et Thimotheus. isti duo
iunguntur Paulo in salutatione quia cum eo
laboraverunt in thessalonicensium conversione. 2°
ponit personas salutatas cum dicit Ecclesie Thessa-
lonicensium scilicet congregate in deo patre. Erat
Thessalonica civitas metropolis in Mace-
donia que est quedam pars Grecie. 3° ponit
bona optata ibi Gratia vobis in presenti et
pax. i. in statu ubi totaliter quietabitur appe-
titus. Gratias agimus. hic incipit epistole pro-
secutio in qua primo reddit apostolus Thessa-
lonicenses benivolos. 2° dociles. 3° ca. 3
cautos. iiii ca°. Circa primum reddit eos benivo-
los dupliciter primo de bonis eorum gratias agen-
do. 2° in adversis eos consolando. 2° ca. primum in-
d. quod primo gratias agit de bona eorum institu-
tione 2° de bonitatis eius diffusione i. Et
vos. Circa primum ponit duo motiva huius gratia-
rum actionis primum est bona eorum conversatio d.
Gratias agimus deo semper etc. in omnibus
horis ad orandum deo deputatis semper in
habitu et si non in actu quia non semper potest homo
actualiter orare memoriam vestri specialem
et expressam facientes in orationibus nostris sine

intermissione. Secundum ponit dupliciter sic dicens supra
Memores operis fidei vestre et quod fides sine operibus
mortua est. Jo. subdit et laboris in hiis que
pertinent ad promotionem fidei et caritatis dei et pro-
ximi et sustinentie spei vestre i. tollerantie tribulationis
quas patienter sustinuistis in spe recipiende
mercedis a deo Jhesu Christo. Ante deum et patrem nostrum
i. ita constanter vos habuistis ac si deum presentem
videretis. Scientes. hic ponit 2m motivum
ad gratias agendum quod enim ex parte dei eo
quod specialem dilectionem ostendit thessalonicensibus vocando
eos ad fidem non solum per predicationem sed etiam per
multorum miraculorum operationem. et hoc est quod dicit
Scientes fratres dilectissimi a deo i. vos factos
electionem vestram tamquam specialem electorum ideo
subiungit materiam gratias agendi quia evangelium nostrum
i. predicatio mea non fuit ad vos in sermone
tantum sed in virtute i. in miraculis virtute divina
factis et in spiritu sancto i. datione spiritus sancti in signo
visibili et in plenitudine multa. s. carisma-
tum et donorum dei. Sicut scitis quia vidistis
quales fuimus in vobis propter vos. q. d. tanta mi-
racula per nos non fecit deus inter vos propter nos
qui iam eramus in Christo firmati sed propter
vos ut crederetis et in fide solidi essetis et ita
fuit quia profecerunt in fide. nec falsos apostolos
receperunt ut dicit Jeronimus in prologo. Et vos. hic
quia apostolus gratias agit de bonitatis eorum diffusio-
nem quod exemplo eorum alii profecerunt in fide et operibus
bonis et hoc est quod dicit Et vos imitatores
nostri facti estis in fide et moribus et domi-
ni s. Jhesu Christi quantum ad eius vitam non quantum ad fidem
quia in eo locum non habet. eo quod fuit comprehensor
sed ab instanti conceptionis habuit cla-
ram visionem. excipientes verbum in tribulatione
multa. supple cum sic conversionis fuerunt
persecutionem a civibus suis ut habetur in fine secundi
cap. cum gaudio spiritus sancti et in hoc conformi-
bantur apostolis de quibus dicitur Act. v°. Ibant
apostoli gaudentes a conspectu concilii quia digni
habiti sunt pro nomine Jhesu contumeliam pati.
Ita ut facti sitis forma i. exemplum omnibus
credentibus in Macedonia et in Achaia
provincie sunt Grecie. a vobis enim diffamatus
est sermo domini i. occasione vestri divulgatum est
verbum dei quod multi plus tacentes per timore

viri xpo conuertentes essent predicaverunt publice et in pluribus locis, ideo subdit non solum in macedonia et in achaia sed in omni loco vestra inaudita est fides vestra que est ad deum id est ordinata profecta est, id est processit ultra ita ut non sit necesse nobis quicquam loqui sed de vobis ad alios sed tantum per verbum xpo. Et subdit ipsi enim de nobis denunciant nos commendando qualem introitum habuerimus ad vos, id est quomodo gaudenter et prompte fidem suscepistis ad predicacionem nostram non formidantes in surgente tribulacione et quomodo conuersi estis ad deum eligentes ei servire ydolatria relicta et expectare filium eius de celis scilicet venturum ad iudicium sicut dicitur act. i. hic ihesus qui assumptus est a vobis in celum sic veniet etc. qui eripuit nos a ventura ira id est gehenne pena. Capitulum Secundum

Nam ipsi scitis postquam apostolus reddidit thessalonicenses benivolos de bonis eorum gratias agendo hic consequenter idem facit in adiutorio consolando et dividitur in duas partes quia primo facit hoc per conformitatem ad ipsum, secundo per conformitatem ad ecclesiam vel maiorem ibi vos enim. Circa primum facit talem racionem. Nullus debet desolari sed magis consolari de conformitate ad suum magistrum quia in hoc consistit eius perfectio luc. 6o. perfectus omnis erit si sit sicut magister eius. Ergo vos qui suum magistrum et doctorem vestrum sustinuisse multas tribulaciones et sustineo xpi quod debet in tribulacionibus consolari quia in hoc conformatur nobis. In hac racione sic proceditur quia primo declarat minorem huius racionis per tribulaciones quas sustinuit cum eis manendo ibi vos enim, primo in ii dicitur quod primo ponit suam declaracionem secundo removet multiplicem obieccionem ibi exhortacio. Circa primum dicit Nam ipsi scitis fratres introitum nostrum ad vos id est modum introeundi quia non inanis fuit id est levis et facilis sed valde onerosus sed ante passi ignominia et contumeliis affecti per urbem Asya sicut scitis quia hoc non longe fuit annunciato vero ideo subdit in philippis que est civitas macedonie ut habetur act. 16o. ibi enim paulus et silas fuerunt capti virgis cesi et incarcerati ut habetur ibidem fiduciam habuimus in deo nostro loqui ad vos etc. quasi dicat ex illis tribulacionibus non fuimus territi sed in domino confidentes venimus ad predicandum vobis evangelium dei etc. Et circa hoc fuimus valde solliciti quasi dicat xpus qui in tribulacionibus consolati tamen quod nobis conformes estis

Exhortacio. Hic consequenter removet multiplicem obieccionem. Posset enim aliquis dicere quod non esset consolabili paulo conformari eo quod erat defamatus in vita et doctrina sicut dicebant pseudo apostoli de ipso xpo. Hoc removet excludendo illa per que posset impingi id est in eius doctrina vel vita dicitur Exhortacio enim nostra non de errore, id est contra fidem qualis erat hereticorum doctrina sed de veritate neque de immundicia sicut erat doctrina epicureorum que tunc vigebat sicut habetur act. 17. neque in dolo sicut dicebant seu predicabant qui aliquid dicebant verum de fide catholica ut deprehenderent katholicos sicut de torquato legitur in legenda sancti tyburcii sed sicut probati sumus a deo id est approbati ab ipso ut crederet nobis tamquam fidelibus ministris evangelium id est predicacio evangelii ita loquimur quasi fideliter predicando gerentes dei beneplacitum non hominum sicut scitis ex visu et auditu neque in occasione avaricie id est predicando xpm cessinet xpi vane glorie fastum sicut predicaverunt pseudo apostoli cum possemus vobis oneri esse accipiendo sumptus a vobis et etiam honorem ut ipsi apostoli veri quibus talia debentur sed facti sumus parvuli in medio vestrum inter vos humiliter conversando et non solum humiliter sed etiam dulciter et caritative tamquam si nutrix foveat filios suos lacte et nutrimento corporali ita desiderantes vos et non vestra cupide id est intense desiderantes vestram salutem volebamus tradere vobis non solum evangelium dei quod est spirituale nutrimentum sed etiam animas nostras parati fuimus pro salute vestra exponere quia karissimi facti estis nobis Maiorem enim karitatem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis

Memores enim. Postquam apostolus ostendit se tribulaciones passum ad thessalonicam veniendo hic idem ostendit cum eis manendo dicens memores enim facti estis fratres quasi dicat Non est diu quod vidistis et sic non estis obliti laboris nostri in corporis et fatigacionis xpi excessum laboris nocte et die operantes manualiter hoc est exceptis quibus intendebat predicacioni vel oracioni ut ipse et sui viverent de proprio labore ne aliquem

vere consolatus cum deo et vos sumptus predica
uimus vobis euangelium dei gratis tamen sumptus
de vestro possemus accipere vos testes estis quantum
ad exteriora et deus quantum ad interiora quam sancte
apud deum et iuste ergo proximum ita quod
nullus poterat conqueri de nobis qualiter vnumquemque
quod verum sicut pater filios suos deprecantes
id est freno usus adducentes vos ad bonum
et consolantes vos siquis vere fuit desolatus
propter patria amissa vel alia de causa testificati
sumus id est sub testimonio scripturarum vos admonuimus
ut ambularetis digne deo de virtute in vir
tutem procedendo qui vocauit vos in regnum
suum id est ut essetis de regno eius per gratiam in
presenti et gloriam in futuro. Et quia sic fecerunt
thessalonicenses ideo gratias deo agentes subdit
Ideo et nos gratias agimus deo sine intermissione
id est in omnibus horis ad hoc aptis. quoniam cum acce
pissetis a nobis predicationem meam verbum
auditus dei id est verbum euangelii nobis denuntiatum
reuelatum accepistis illud non ut verbum
hominum sicut est doctrina philosophorum sed sicut est vere
verbum dei id est sic recepistis deuote sicut recipi debet
verbum diuinum ex diuina reuelatione qui operatur
in vobis etc. docendo interius. homines enim solum
mouent auditum exterius ideo dicit Iohannes 1° Sine
me nihil potestis facere. Vos enim postquam apostolus
consolatus est thessalonicenses per conformitatem
ad scripturam hic idem facit per conformitatem ad
ecclesiam iudeae. In illa enim primo incepit
ecclesia sicut patet Actuum 1° et in primo dilatata
ad alia inde loca et iste ecclesie constanter
sustinuerunt persecutores a iudeis qui eorum
occiderunt et prophetas et in hoc ecclesia thessa
lonicensium fuit eis conformis que persecutiones
sustinuit a tribulibus suis quod debebat sibi
esse consolationis materia propter conformitatem
ad ecclesiam primitiuam et hoc est quod dicit Vos
enim fratres imitatores facti estis etc. et patet littera usque
ibi prohibentes nos gentibus loqui scilicet euangelium
ut salue fiant scilicet gentes ut impleant
id est augeant peccata sua semper scilicet iudei in
sua perfidia obstinati deo permittente et
diabolo procurante peruenit enim ira dei super
illos quia subtraxit iuste gratiam suam
ab eis usque in finem id est usque vsquequaque sine medio.

nec enim sunt ad fidem conuertendi ut dictum est
supra frequenter. Potest enim aliter exponi usque in finem
id est et valet quantum ad illos qui in sua perfidia
moriuntur. Nos autem fratres postquam apostolus consolatus
est thessalonicenses scripto hic consolatur eos nuncio
et primo describit mittendi voluntatem 2° ipsam mis
sionem in principio 3ii capituli. Primo autem consistit in hoc quod
desiderabat redire ad thessalonicensium ecclesiam personaliter consolan
dam sed fuit impeditus. propter quod ad hoc misit nun
cium. dicit ergo Nos autem fratres desolati a vobis ad tem
pus id est desolati propter hoc quod a vobis non eramus
ore aspectu non corde id est licet non possemus loqui
nec vos videre tamen habebamus vos in corde ideo
subditur abundantius festinauimus etc. id est dispositionem
festinauimus veniendi ad vos ad vestram consolationem
Ego quidem paulus etc. semel et iterum sed
impediuit nos sathanas tacet ut modum
impediendi et similiter glossa. nec ego volo
in hoc dimorari. Consequenter subdit causam quare
desiderabat eos videre et consolari in domino quia
est augmentatio sui meriti et premii. Que est
enim nostra spes id est premii de augmento meriti et
premii aut gaudium spirituale aut corona glorie
id est ex consequendi premii aureole que doctoribus
debetur. Nonne vos etc. quasi dicat sic quia conuertit
eos ad fidem. ideo sequitur Vos enim estis gloria nostra
et gaudium scilicet materiale. Habebat enim ma
teriam gloriandi in domino et gaudendi de con
uersione et bona conuersatione. Capitulum 3m

Propter quod portata voce mittendi nuncium
hic autem mittit eum et dicit ergo quia
primo describitur hec missio 2° pauli de
precatio ibi Ipse autem deus. Prima adhuc in duas
quia primo ponit missionis utilitatem 2° reuersionem
ibi Nunc autem etc. primo se commendando probabiliter
dicit propter quod quia gloria nostra estis et gaudium
non sustinentes amplius id est non expectantes
ultra sine nuntio statum vestrum placuit nobis
id est mihi et siluano remanere athenis soli scilicet
thimotheo qui est tertius in salutatione
positus ut dicit glossa. Sed quia non est conueniens
quod nuncius ex epistola ponatur in salutatione cum
vadit personaliter ad salutatos ideo videtur
aliis quod iste thimotheus qui dicitur hic missus cum
subdit Et misimus thimotheum est alius
a predicto quia plures erant eiusdem nominis

fidem vestram religione christiana et ministrum dei
in evangelio christi i. in predicacione eius ad confirmandos
vos in omni bono et exhortandos pro
fide vestra stabilita ut nemo moveatur ab ea
in tribulacionibus istis et nobis et vobis supervenientibus
in fidei adversariis ipsi enim scitis quod in hoc positi
sumus i. dispositi a christo dicente Joh. 16o. Venit
hora ut omnis qui interficit vos arbitretur se
obsequium prestare deo. Et subdit quod debebant
hoc scire. Nam et cum apud vos essemus etc. Et subdit
de vobis. Propterea et ego amplius non sustinens
aliquam dilacionem veni ad cognoscendam fidem
vestram per Timotheum nuncium et fidelem ne forte temptavit
vos is qui temptat i. dyabolus qui se
mittit per temptaciones suas bonos subvertere
et labor meus fiat inanis si vos subvertit quod
absit. Nunc autem hic quartum ponit utilitatem
missionis eius dicens. Nunc autem veniente Thimo
theo ad nos a vobis completo suo ministerio
et annunciante nobis fidem etc. vestram stabilem
et caritatem attencionem ad proficiendum in melius
et quia memoriam nostri habetis bonam orandi
pro nobis semper desiderantes etc. ex quibus istam simpliciter
spiritus audire in reddicione eius ideo consolati
sumus fratres iam in spe in vobis pro bono quod
sperimus audire de vobis in omni neccessitate etc. i. in quod
omnis tribulacio et angustia vobis supervenientis
diminuit propter bonum fidei vestre quod sperimus
audire quoniam nunc vivimus i. de morte ad vitam
suscitati sumus si vos statis in domino immobiles
et firmi nec sufficimus ad reddendum gratias
deo de tanto bono ideo subdit. Quam enim gratiarum
accionem etc. et patet littera usque ibi Et compleamus ea
que desunt fidei vestre licet enim haberent noticiam
fidei quantum ad ea que sunt ad salutem necessaria in
ad magistrum eorum presumi credebat si amplius venire
posset eis magis explicaturum aliqua que non
poterant eis ad plenum dici quando fuit primus cum eis
quia fuit compulsus exire propter commocionem civium
ut habetur Act. 17o. Ipse autem. Hic quintum ponit apostoli
deprecacio ut deus sua gracia suppleat quod ipse
facere non potuit ideo dicit Ipse autem deus omnipotens
et pater noster i. fidelium spiritualiter per gratiam adop
cionis et dominus noster Ihesus Christus qui est mediator
dei et hominum dirigat viam nostram ad vos
removendo impedimenta a Sathana procurata
vos autem dominus multiplicet numero et merito et
habundare faciat caritate quia presente cetere sunt
alie virtutes infuse invicem caritative invi
cem subiciendo et in omnes eciam infideles
eos ad fidem convertendo quemadmodum et nos in
vos habundavimus ad confirmanda corda vestra
in moribus et in fide. Ut sitis sine querela
i. sine reprehensione aliqua in sanctitate ante
deum etc. i. in sanctitate vera et non simulata que
est coram hominibus in adventu domini nostri etc.
i. in adventu eius ad finale iudicium sitis
de numero et consorcio sanctorum et subdit Amen
ad confirmacionem precedencium. Capitulum quartum

De cetero ergo fratres hic incipit 3a pars principalis libri
in qua reddit thessalonicenses dociles
eos de moribus informando et de defecti
bus corrigiendo licet enim gravitas eorum esset
sancta tamen ibi erant aliqui defectus corrigendi
specialiter de eis et sunt hoc primo capitulum in
2o [illegible] dividitur que patebunt prosequendo. Circa
primum sciendum quod gentiles reputabant simpliciter
fornicacionem esse licitam et ideo propter eorum consue
tudinem presumebant aliqui de gentilibus conversi erant
adhuc fornicari propter quod apostolus corrigit hoc
vicium ad virtutem oppositam inducendo dicens
De cetero ergo fratres rogamus vos et obsecramus etc.
i. per sacramenta vos adiuramus quod vos plus
debet movere quam simplex predicacio nostra ut quemadmodum
accepistis a nobis verbo et exemplo quomodo oporteat
vos ambulare in via morum et placere deo
caste et munde vivendo sicut et ambuletis
ut habundetis magis in hiis semper proficiendo
scitis enim i. scire debetis que precepta dederim
vobis per dominum Ihesum i. de mandato ipsius cui
est simpliciter obediendum. Hec enim voluntas dei
est eius mandato expressa sanctificacio vestra
i. emundacio a carnalibus peccatis ut absti
neatis vos a fornicacione tamquam a deo pro
hibita ad eam enim sequitur incertitudo prolis
ex vago concubitu que est directe contra bonum
generacionis. Pater enim debet filius nutrire
et docere alias non posset stare nullus autem
est sollicitus de filiis nisi prolem sibi incertam

ut sciat unusquisque vestrum suum vas i. corpus
spiritum quod vas dei est eo quod in ipso formato per
naturam anima a deo infunditur possidere
permanet in sanctificatione et honore. Corpus enim
fornicationi deditum dehonoratur quod bestiale
ale efficitur ps. 48. Homo cum in honore esset
non intellexit comparatus est iumentis insipientibus
non in passione desiderii i. non sequendo passionem
concupiscentie veneree que est nimis vehemens sicut
et gentes que ignorant deum supple sequuntur
eam credentes fornicationem simplicem esse
licitam. Et ne quis hic incipit 2a pars in qua
corrigit cupiditatem inducens ad oppositum
et primo ponit suam inductionem 2o eiusdem
confirmationem ibi De caritate. Circa primum dicit Et ne quis
supergrediatur opprimendo proximum ut ab eo extor-
queat iniuste possessionem suam vel rem ali-
quam neque circumveniat ipsum decipiendo et
illaqueando de debito per usuras vel mercationes
malas et consimilia quoniam vindex est deus de
his omnibus que fiunt puniendo sicut predixi vobis
apud vos contestati et testificati sumus i. per
testimonium scripturarum ostendimus. Non enim vocavit
nos deus in immunditiam i. ut serviamus
immunditie peccati carnalis sed in sanctificationem
i. ut vivamus sancte. Itaque qui hec spernit non
hominem spernit tantum sed deum cuius manda-
ta spernit qui etiam dedit spiritum suum sanctum in vobis
in adiutorium implendorum mandatorum suorum.
De caritate autem hic ponit confirmationem suam
scribendo thessalonicensibus de operibus pietatis ad
pauperes fideles. Non necesse habemus scribere vobis quia
thessalonicenses diligenter operabantur illa nec aliud
obviat ei quod predictum est de correctione pietatis
quia frequenter inveniuntur aliqui exercentes usuras
vel mercationes malas qui tamen erga pauperes
faciunt opera pietatis. Rogamus autem hec est 3a
pars principalis huius capituli in qua corrigit ociosos
et vagabundos dicens Rogamus autem vos fratres
ut abundetis magis in operibus bonis et operam
detis i. diligentiam adhibeatis ut quieti sitis
et non vagabundi quia tales solent cadere
in alia vitia scilicet curiositatis et carnalitatis
et ut vestrum negotium agatis quia homines
circa hoc negligentes depauperantur et quia
volunt tenere modum vivendi consuetum per quem
latrones et raptores efficiuntur. Et operemini

manibus vestris i. ad evitandum ociositatem
que est sentina omnium viciorum et ad conservandum
sanitatem quam facit labor moderatus et ut
honeste ambuletis ad eos qui foris sunt i. ad
infideles ut exemplo bone vite convertantur
ad fidem. In moralibus enim magis movent
exempla quam verba et nullius aliquid desideretis ita quod non
solum caveatis a malo actu exteriori sed etiam interiori.
Nolumus autem hec est 4a pars principalis in qua corri-
git aliquos immoderate lugentes mortuos
et dividitur in 2as partes quia primo excludit huiusmodi luctum
2o ponit occasionaliter future resurrectionis modum ibi
hoc enim dicimus 3o concludit intentum ibi Itaque.
Circa primum dicit Nolumus autem vos ignorare fratres de
dormientibus i. de defunctis qui dormiunt
sompno mortis a quo excitabuntur per resurrectionem
et sic credunt aliqui amicos perisse totaliter
et ideo semper propter hoc habent occasionem lugen-
di eos quasi inconsolabiliter. Non sic autem vos eritis
qui habent spem resurgendi. Ex quo patet quod vitiosum est
eis immoderate mortuos lugere quia in hoc as-
similantur infidelibus spem future resurrectionis non ha-
bentibus. Lugere tamen defunctos moderate est opus
pietatis. Quod autem resurrectio mortuorum sit futura ostendit dicens
Si enim credimus et cetera. Hic Si ponitur pro quia. Nam inter
articulos fidei pertinet credere Ihesum vere mortuum
fuisse et resurrexisse. Ita et deus qui susci-
tavit Ihesum eos qui dormierunt sompno mortis
per Ihesum tamquam per mediatorem dei et hominum
adducet cum eo ad vitam immortalem resusci-
tando. Hoc enim dicimus quia sermonibus et apostolus
de resurrectione futura. Hic ostendit declarat modum resurrectionis
Ad cuius intellectum sciendum quod aliqui dixerunt quod
Christo veniente ad iudicium aliqui homines reperientur
vivi qui transferentur ad statum immortalitatis
sine morte intermedia. Sic exponentes quod
hic dicitur Deinde nos qui vivimus qui relinqui-
mur usque ad adventum Christi simul rapiemur cum
illis i. cum mortuis resuscitatis obviam
Christo descenso ad iudicium et dicunt quod corpus suum se conformant
eis eo quod pertinet ad ... Sed hec
expositio primo deficit in hoc quod dicit aliquos
sine morte ad immortalitatem transire quia omnes
descendentes ab adam per viam ... originali
peccatum cuius pena est mors et ideo omnes solvent
vel solvent debitum mortis. Et quod aliqui
dixerunt quod illi qui in adventu Christi reperientur

vivi in raptu illo obviandi xpo. subito mo
rient et statim resurgent Sed adhuc ho
videt inconveniens dum quia conflagrationis
ignis purgantis elementa et incinerantis corpa
impiorum precedet adventum xpi ad iudicium. et s
nulli homines reperien(tur) vivi qui obvient xpo
venienti. n(on) de resurgentibus post ignem sic dum
picitur q(uod) apostolus quievit se ponens eo q(uod) pertinet
ad id corpus ecclesie cum eis. non videt convenabile
dum Nam eadem voce dicitur de omnibus fidelibus
presentibus preteritis et futuris Propter q(uod) salvo melior
iudicio videntur in verba apostoli aliter exponenda
ut dicitur Hoc enim dicimus de nostro futuro reditu in
verbo domini et sic revelabit nobis quia nos
qui vivimus qui residui sumus id est in hoc mundo
a prioribus desumus non preveniemus in reditu
futuro eos qui dormierunt in nobis resurgendo
illis qui iam diu mortui sunt. q(uia) reditus fiet
divina virtute que operatur in instanti. io subdit
quoniam ipse dominus ihesus xpus in iussu divino Sur
gite mortui ad iudicium et in voce archangeli
s. michahel qui est princeps ecclesie sub quo in
telligitur alii angeli qui ministerium adhibe
bunt in reditu colligendo in vel. et magis
formi facient tamquam iudicis precones propter q(uod)
aliter exponi illud dum Surgite mortui
ad iudicium sic archangeli michahelis exponi
tur et xpi imperative cuius virtute in finitu fiet
reditus. Et sic cum dicitur in iussu refertur ad xpm
et quod subdit et in voce archangeli ad micha
helem archangelum et in tuba dei Ista tuba
non est aliud quam vox potens que dicitur tuba
propter similitudinem tube materialis veteris testamenti
qua fiebat vocatio ad concilium et preparatio ad
bellum et invitatio ad festum. q(uia) tunc omnes
congregabuntur ad iudicium et armabit creatura
ad ultionem inimicorum et invitabuntur iusti
ad festum angelorum descendet de celo Nam
iudicabit in forma humana apparens sicut q(uod)
dicitur Actuum i° Hic ihesus qui assumptus est a vobis
in forma humana sic veniet. s. ad iudicium
Et mortui qui in xpo sunt resurgent primi
deinde nos etc. Ista prioritas et posterioritas non
potest referri ad actum resurgendi ita q(uod) aliqui
resurgant prius alii posterius ipsis Nam
omnes resurgent in eodem instanti sicut q(uod) dicitur

prima Cor. 15°. Omnes quidem resurgemus
et sequitur In momento in ictu oculi etc. Nec potest
hic accipi prioritas dignitatis quia priores veteris
testamenti in reditu non erunt digniores apostolis
qui erunt assessores iudicis math. 19°. Sede
bitis super sedes duodecim etc. de quibus dicitur
hic apostolus Deinde nos etc. propter q(uod) salvo
iudicio meliori videtur mihi q(uod) ista prioritas et
posterioritas sit referenda ad quietem in xpo
per voluntariam mortem sic ingrediendo licet
Et mortui qui in xpo sunt. id est quiescunt
in eius fide resurgent primi id est ante qui ad
huc vivimus resurgent tunc posterius Deinde nos
qui vivimus supple quiescemus in xpo in eius fide
moriendo simul rapiemur cum illis io re
suscitati cum ipsis obviam xpo venienti
ad iudicium in aera ubi prestet sententiam iudi
cii super vallem iosaphat ut dicitur sunt Iohel
3°. et sic semper cum domino erimus. q(uia) electi a xpo
non separabuntur amplius sed semper erunt sibi
coniuncti. non solum in anima sed et in corpore Itaque
consolamini hic ex dictis concludit intentum
s. q(uod) fideles non debent immoderate lugere de
functos sed de ipsis consolari. eo quo sunt
in vitam immortalem et felicem resuscitandi
etc. et hoc est quod dicitur Itaque consolamini invicem in verbis
istis de reditu fidelium prioris Cap. 5m

De temporibus autem postquam apostolus red
didit thessalonicenses benivolos et do
ciles hic consequenter reddit eos cautos
Circa quod sciendum q(uod) cautela maiore requi
rit illa de quibus certum est q(uod) venient.
tamen hora veniendi est simpliciter ignota. sicut
est de die iudicii sicut quod dicitur math. 24. De
die illa et hora nemo scit neque angeli
in celo etc. propter quod apostolus ut a hoc red
dit thessalonicenses cautos id est Vos autem fratres Circa
primum sciendum q(uod) dies iudicii duplex est in scriptura
Unus pro ipso die iudicii generalis in fine mundi
Alius pro ipso die iudicii particularis que est dies
mortis cuiuslibet hominis Nam in illo statu
in iudicio finali permanebit in quo in morte
invenit Intentio vero apostoli videtur magis hic esse
de die mortis quia ipse sciebat diem iudicii
finalis multum distare ut in epistola sequenti
patet cum dicemus hic hortatur thessalonicenses ut sint

cauti ne repente veniat sup vos dies dni
et inveniant impati. Verum utrumque no
bis exponat. Et primo de die final iudicii
prim dr. De temporibus aut et momentis
fres ptinentibus ad diem final iudicii no
indigetis ut scribam vobis quia sacra tra ad
vos no ptinet. Secundum qd dr Act. i° Non e vrm
nosse tpa vl momenta que pr posuit in sua
ptate. Ipi em diligent sup scriptas psidean
do. scit quia dies dni i. dies iudicii dr
dies dni quia tunc xpc apparebit ut dominus
qui in primo adventu apparuit ut servus sicut
fur in nocte ic. Non est in hoc intelld qd dns
sit venturus ad iudiciu noct tpe s3 magis
clara die sic in celu ascendit Act. i°. Hic
ihc qui assumptus est a vob in celu sic veniet
s3 quia veniet subito hoibus hoc no pre
videntibus. Cum em dixerint pax et secu
ritas ic. Glosa sup illu locu dr qd hoc in
telli de sociis antixi qui post morte eius
credentes esse in pace et securitate facient
festa et convivia exercentes dissolucioes sed
illud no videt convenient dici qz glo pre
mittit qd antixus fulminabit et maxia
ps continens sui pibit cu eo prter qd no est
verisile qd remanentes debeant esse in tanta
securitate et iocunditate s3 magis in timore
et sic vr glo sibimet repugnare. Pr ui ce
tont dm gnc doctor et sctor qui dicunt
qd mortuo antixo et suis eius manente
deleta omes gentes convertent ad xpm et sic
remanebunt aliqui in secta antixi. Ver
pt dici sustinendo glosam pdictam qd illi qui
sunt de secta antixi pdca festa et convivia
faciant eo qd sunt conversi ad fidem. Vel qz de
ipis dicentibus pax et securitas subito ap
tur repentinus eis supveniet interitus et no
pt exponi de bene gaudentibus. Vel qd
vi melius redun ad tpe dnacois antixi
qn obtenta vict et templo ornabit se tanqz
sit deus ut dr in epla secunda. Et tunc
satellites eius gaudebunt de ptate dni
sui sed repentinus eis supveniet interitus qz
ab fulminabit antixpc cu maxia pte
sui exercitus nec obviat hunc exponen
qd dnacio antixi et eius fulminacio pcedunt
diem de quo lo apulus cu in medio qz scrip
pius scta posita narrant in scptura sicut pa
tuit sup in plibus locis novi et vetis testi.
Pq hic exponenda e de die mort sic. De tempo
ribus aut et mom in qbus debeat mors
venire no indiget ut scribam vobis qd qz no
scribam vobis ii illud quod iam scit. Sup hoc
est totale initium io subdit. Ipi em dili
gent scit p experienciam cottidie videntes
quia dies dni i. mort qui dr dies dni qz
tunc veniet ad ptic iudicium ipius morient
vere sup dm. Sic fur in nocte ita veniet re
pente et ex improviso io subdit. Cum enim
dixerint homines mundani pax et securitas
credentes diu vivere in deliciis et tpali pace
tunc repentinus eis supveniet interitus s mortis
corpis sicut dolor in utero habenti ad penam
inferni et no effugiet qz in inferno nulla
est redempcio. De hoc ponit exm Luc
12° de illo qui dicebat aie sue. Anima
mea habes multa bona reposita in multos
annos quiesce. comede. bibe. epulare. dix
it ad illum dns. Stulte hac nocte dya
ricum tuam repetent a te. que aut cong
gasti cui erunt. Vos aut. Hic qm aplus
reddit thessal. cautos contra diem iudicii
gnalis. qz sic dcm est: Qualis in morte
quis invenit sz iustus aut iniustus talis
in iudicio pntabit. Cautela vo ad hoc e
ut homines semp sint pati p bona vita
ad recipiend mortem. Hoc aut fit p hoc
qd homo bn se habet ad seipm. ad pximu
et ad deum. pt quod adhuc tu inducit
aplus et secundum hoc hic ii in 3° ptes que
patebunt psequendo io in ppm inducit dicens
Vos aut fres no estis in tenebris p error
sic infideles ut vos dies illa s mortis
tanqz fur ophendat i improvisos. Omes em
vos filii lucis estis i. xpi qui est lux vera illu
minans omnem hoiem Joh. i°. cui estis filii
p baptm et filii diei i. novi testamenti quod
dr dies Ro. 13°. Nox pcessit dies autem
appinquabit. Non sumus noctis i. iudaice
obstinat neqz tenebrarum i. divisorum errorum
gentilium. Igitur no dormiamus in pctis sic
et ceti s qui sunt infideli sed vigilemus

p attentom ment. ad ea que sunt salutis
et sobrij simus expte turpib. prentes tpalib9
ad sustentatiom ne. et bonam ssum disp
sitom qui em dormiut in voluptatibus
et pinis nocte dormiunt. s. ignoracia ma
ignorat omis malus. ut q d phs iii° eth.
et qui ebrij sunt immoderate utentes bonis
tpalibus. vn de ebri9 abe q est ex et brios
infra qui eo insatiam ponis nocte ebrij sunt
s. tpe dei ignorancia. Nos autem qui di
et pz eo dno sinia induti loricam fidei sic
em essa ex plibus metallis innexa se pler
tentibus. sic fides integratur ex plib9 arti l
innexe gnipib et caritate que est forma
fidei. Sic em lorica ptegit corp9. sic fides
cai. de formata ptegit aiam a demonu
insultibus et galeam spem salut. sic em
galea munit caput quod est supior ps
corpis. sic spes superiorem ptem anime ppiz
ad celestia elevando. qm non posuit deus
nos in iram. i. in dapnatiom eternam sed in
aquisitom salut. i. ut acquiram9 vitam eternam
ex opibus meritoriis p dnm nrm ihm xpm
cui9 adiutorio ulium opus ptesse meritorium
ut sive vigilemus corde vivendo sive dor
miam9 morte corpalis sopno simul cum illo
vivam9 vita gte que est in actu immortali
ptere qd consolamini invicem in laboribus vite
pntis et edificate alterutrum vbis bonis et
exs. sic et facitis semp in pficiendo in istis
Rogamus aut. Hec est 2a ps in qua induc
thessal. ad hoc q bn se heant ad pximum
et pmo ad pelatos eos honorando d. Rogam9
aut vos fres ut noritis id. i. ut cdatis vos
p essem nostre platos debite eos honorando
tam rone vite q rone doctrine. io subdit. Et
monent vos id. io sunt prius diligendi
q. ii spualia corpalibus pferunt. ptr opus
illorum ad vram salute ordinatum. pacem
here in eis obediendo eis humilr et devote
2°. horta eos ut bn se heant ad inpfos
d. Rogam9 aut vos fres corripite. ti.i.ue
inquietos. i. garrulos et venosos con
solamini pusillanimes. i. in tribulationibus defi
cientes suscipite infirmos mente ul corpe
infirmitatibus eorum cp. ut fm deu pt fieri supprtando.

cm em ex tli supptatoe insolescunt eos
non expedit suppte. qr hoc est malu
nutre pacientes estote ad omes no solum
fideles sed et infideles Et nulli ista
patia qm ad actu cu inuiare. qm aute
ad actu exteriorem. s. defendendi se ul sua
aut repetendi rem ul iniuriam a iudice
no semp expedit. utpote si ex hoc auda
cia malefaciendi tbnat. nisi ex tli repe
titoe pnit9 malu. utpote scandalum orie.
videte ne quis malu p malo alicui reddat
hoc em est vindicte sevm. qd est semp
malu. cu nullus sit iudex in sua causa.
Et in aliis no habet supiore iudice nu
riam sibi sfactam debet et potest punire
no livore vindicte. sed zelo iustie. sz semp
quod bonu est sectam invicem i. f. fide
les et infideles semper gaudete in dno
et si no actu quia oportz aliqn interrumpi
saltem in sompno. tamen in habitu. Et etia
sine intermissione orate
ul hoc est refend ad horas ad hoc aptas
et constitutas quarum nulla e intermittenda
in oibus gras agite deo
qui adusa ordinat ad salute nram sic
et psperra. et hoc p unitam patiac sic patz
de sco Job. et subdit cam. Hec est em voluntas
dei ut cui est in oibus obtpand. Spiritum
nolite. Hec est 3a ps in qua hortatur
eos ad bn se hendum erga deu. dicens
Spm. s. devocois g. a deum nolite extingre
p inmoderatam curam rerum tpalium. Prophetias
i. expositores sacre scripture nolite spernere
qr frequenter revelat intellectus simplicibus que
occultat sapientibus. Matt. xi°. Abscondisti hec
a sapientibus et prudentibus et revelasti
ea parvulis. verum qr expositores aliq de
ficiunt io subdit. Omnia aut probate. i. dicta
eorum discutite quod bonu est tenete cont
inutos qui in licitis et predicationibus mala
dicta inclinis retinent q utilia. Ab omi specie
mala abstinete vos. Non solu abstinend
est a malo. sz etia ab eo qd hz apparentia mali
ppt scandalum vitand quousque declaretur
illud qd est licitu. Ipse aut deus pacis
sanctificet vos per omia ad corp9 et aiaz ptinen
ut integer spus vr et aia id. et de spus

q^m ad superiore anime ptem et anima
q^m ad inferiore mediantibus dni nri ihu
xpi ad iudicium servet et q^r illud sit spe
randum sequitur Fidelis est qui vocavit vos ad
fidem scilicet deus qui et faciet quia nulli
deficit q^m est ex se Fratres orate Hec est
ultima pars que est conclusio epistole in qua ponit
sua recommendacionem et aliorum salutacionem io dicit
Fratres orate et / osculo sancto non libidinoso
nec proditorio sic plenius fuit expositum Ro
ultimo ubi id et sub eisdem verbis ponitur
adiuro vos per dominum i. iniungo vobis per ipsum
ut legatur epistola hec omnibus sanctis fratribus
i. baptismate sanctificatis / gracia dni nri ihu
xpi vobiscum amen s. sit in presenti et gloria
in futuro. Incipit Epistola pauli 2a
ad Thessalonicenses Capitulum 1m

Paulus et Siluanus Hic incipit
2a epistola ad thessalonicenses et di
viditur tres partes s. in salutacionem
et prosecucionem ibi Gratias agere
et conclusionem ibi Salutacio mea
in fine epistole Gracia prime partis patet ex dictis in
pma parte epistole Gratias agere hic incipit pro
secucio que dividitur in 3es partes Nam primo reddit
thessal. benivolos 2o cautos 2o cap. 3. dociles
sive doctos i. Vos autem Primo fit duplici
ter gratias agendo de bonorum conversacione et
orando pro meliori eorum confirmacione i. In quo
et oramus Circa primum dicit Gratias agere debemus
deo a quo est omne bonum semper factum et
factum vel semper i. omnibus horis ad hoc or
dinatis / probis fratres bonum discipulorum re
dundat in bonum magistri ita ut dignum est
i. dignum est ut hec agamus quoniam supercrescit
fides vestra intensive fervens vobis que sunt
fideiummi extensive agnoscendo et eam
verbo et exemplo ad alios derivando et habundat
caritas et in affectu interiori et opere exteriori
Ita ut et nos ipsi in vobis gloriemur. de vobis
in ecclesiis dei ponendo illis eius vitam
vestram pro exemplo io subdit pro paciencia vestra soli
da et fide et firma sustinendo iniquos insti
iudicii dei i. per hoc ostenditur apparebit iudicium
dei esse iustum paciencium vestram puniendo
io subdit ut digni habeamini et persecutores

vestros puniendo io subdit Si tamen iustum
est et nam hic si ponitur pro quia quia iustum est apud
deum retribuere tribulacionem vehementem et penam
hiis qui vos tribulant persequendo et vobis qui
tribulamini pacienter sustinendo requiem nobiscum
qui sic tribulamur Et io subdit retribucionis
tempus ci. de In revelacione dni nri de celo i. qui
manifeste apparebit veniens ad iudicium sic dicit
Mt. 24o Sicut fulgur exit ab oriente et pa
ret usque ad occidentem ita erit adventus filii
hominis cum angelis virtutis eius qui erunt divini
iudicii executores in flamma ignis dantis
i. facientis vindictam hiis qui non noverunt
deum i. fidem eius non receperunt sic sunt
pagani et iudei obstinati et qui non obe
diunt evangelio / ipsum opere adimplendo sicut
mali christiani habentes fidem sine operibus que mor
tua est Qui penas dabunt et a facie dni et
i. per sentenciam ab ore eius egredientem qui dicet
Ite maledicti in ignem eternum Mt. 25o Et illis
Venite benedicti patris mei etc. io subdit Cum
venerit glorificari in sanctis suis etc. i. dare eis
gloriam suam mirabilem que excedit intellectus
creati capacitatem 1. Cor. 2. Oculus non vidit
nec auris audivit et in cor hominis non ascendit
que preparavit deus hiis qui diligunt illum
quia creditum est testimonium nostrum super vos i. quia
credidistis / illud quod testificati sumus / vobis
testificando in die illo i. in die glorificacionis
sanctorum ita quod hic in intelligitur hic materialiter sic
cum dicitur ymago herculis est in lapide In quo
eciam Hic ponit reddit thessal. benivolos
orando pro eorum felici confirmacione dicit In quo et
i. de quo s. die glorificacionis obtinendo oramus
semper pro vobis exponitur hic semper ut supra
ut dignetur vos vocacione i. faciat vos dignos
vocacione sua ad gloriam sicut vocavit ad fidem
io subdit Et impleat omnem sic bonitatis
voluntatem tunc enim implebit omne desiderium
vestrum electorum et opus fidei quod est constans
veri confessio Ro. 10 Corde creditur ad iusticiam ore
autem confessio fit ad salutem in virtute in quo
sciencia vestra per fidem impleat vos impunitis
sciencia vestra per fide impleat vos imperii
ut sic non solum habeatis aureolam quem
storum s. et aureolam que est ipsa mem
ut clarificetur nomen dni nri ihu xpi in palma

mu̇ nri hoc eni mo dr Joh' vel de petri
mo Eam aut sermcib otendes mun9
nab et alius te cinget et ducet quo tu
no vis Et subdit evangelista exponens hoc
aut dixit significans qua morte clarifica
turus esset deum et pos in illo i. xpm in
pria clare videndo Capitulum Secundum

Rogamus aut vos hic qui aplus red
dit thessal. cautos Circa qd sciendum q
aliqui thessalonicensium credebant
diem iudicii esse pinquam tum pt tribula
cões quas sustinebant et ppi hoc in eron
dixerat eciam maiore tribulari appinquante
die iudicii ut h' mt. 24o pt qd timebant
adhuc maiores tribulacões intre. tum q
aplus dixerat epla pri' 4o ca. Nos qui
vivi' qui relinqim' simul rapiem' in illis
in nubibus obviam xo in aera. s. venienti
ad iudiciu ut dim fuit ibid / qd aliqui
thessal. male intelligentes credentes illa
obviacom tpe pauli futuram eo q dixerat
Nos qui vivim' sil rapiem' &c / pter qd eos
asserent de die iudicii longa distancia.
reddens eos cautos ut no decipiant circa
hoc oportunitates doctrina. Et divi in. d. p.
q primo remouet errore 2o docet vitare
ibi Cum misi Circa pum dt Rogamus aut vos
fres per adventu dni nri ihu xpi ad iudi
cium et nre congregacois in ipm tunc eni
electi congregabunt ad ipm mt. 24o ubicunq
fuit corpus congregabunt et aquile ut non
cito moveamini a vro sensu i. a vo intellectu
neque terreamini qsi instet tribula maioria que
pdita est fore cu diem iudicii neque p spm
sp maligni transfiguratum in angelum luc
et asserente vobis contrariu. s. q dies iudicii
sit pinqua neque per sermonem alicui' pseudo
apli neque p eplam tamq per nos missam
Nam aliq fcti apli et heretici epistolas mittebat
sub noie vero' aplo' xpi ad fideliu decep
tom ut supra dim est Alio exponit sic neque
p eplam i. p eplam meam precedentem
quasi instet dies dni eo q ibi dixeram9 De
inde nos qui vivi' . q no fuit intellcois me
q dies iudicii esset pinqua ut ibid dim
fuit Ne quis seducat vos vllo modo h'a dt

ad concludendum omnem decepcois modu circa
istam materiam Quoniam nisi venerit Hic qui docet
circa diem iudicii vitatem de quo duo no
tabilia precedunt pum ponit cu dr Qm ni
venerit discessio pmu. qd exponit aliqui de
discessione a romano imperio quod florebat
tpe pauli a quo iam recesserunt q omia
regna negancia ei subia et reddicionem
tributi iam multis annis Illud ex ruptum
carunt imperatore multis annis et tn no vet
adhuc antixpus qui tn debet venire completa
ista discessione ut vr aplus dice infra Et
tunc revelabit ille iniquus Pter qd alii ex
ponunt de recessu ab obediencia eccie rome
a qua iam diu recessit grecia. Sed salvo me
liori iudicio ni vr melius intelligi de recessu
a fide katholica Sic exponit aliqui. non tn sic
intelligendo q omnes sint a fide katholica recessuri.
quia durabit in aliquibus usque in fine
mundi. s3 quia maior ps credencium discedet
ab ea. q sm testimoni balteri mt. 24o appro
pinquante antixpus nece tpe habundabit iniquitas
et refrigescet caritas multorum et p cons fides
vna deficiet in multis. Et tunc veniet antixp9
sca discessione ad receptionem ipius Huic ex dco
concordat dim apli infra i. thy. 4o ubi dt.
Qz in novissimis tpibus discedent qdam
a fide attendentes spiritibus erroris &c
et 2a ad eundem 3o in novissimis tpibus insta
bunt tpa periculosa et erunt hoies seipsos
amantes &c Et se. ibid homines corrupti
mente repbi circa fidem &c Et revelatus fuit
Hic ponit 2m notabile quod precedet diem
iudicii s. adventus antixpi. cui' primo ponit
simplic expressio 2o tpr veniendi et ei' occasu
i. Et tunc revelabit 3o demonis effectu ibi
Cui' est adventus Dicit ergo simplic et
q faciet se sic deum adorari dr igitur Et re
velatus fuerit i. manifeste ostensus homo pcti i.
totaliter deditus pcto. sic homo deditus ag
rulte dr homo agri filius pdicois i. dign9
pdicoe Sic 2o Reg 12o dr filius mortis q
dign9 morte. qui adversatur et extollitur
loquitur de suo p modu pntis pter certitudine
pphie. loquitur eni de antixpo pphetice Super
omne quod dr deus q. m ad deos gentiliu
qui dnr dii sed no sunt aut qd colit qm
ad sctam trinitatem que colit ut vn9 deus verus

Omnem enim illum cultum extimmere
conabitur ut ipse solus tamquam deus ab hominibus
adoretur. Sicut dicitur Judith 3º de Nabucho-
donosor qui precepit exterminare omnes deos
terre ut ipse solus coleretur. Ita ut in templo
dei sedeat id est reedificato in Jerusalem ubi ipso
et iudeis sibi adherentibus. Alii dicunt expo-
nunt in templo id est sic se ostendet ac si ipse sit
templum dei. Non retinetis etc. quasi diceret. Non de-
beret elabi a memoria vestra. Et nunc quid
detineat id est que sit causa more ipsius scitis.
Sciebant enim quod omnia futura a deo sit dis-
posita determinatis temporibus futura ideo subditur
ut reveletur in suo tempore a deo disposito. Licet
autem antichristus sit venturus personaliter veniet
tamen figuraliter sicut fuit dictum de Antiocho illustri
Danielis xi quod fuit figura antichristi. Et eodem modo
dicitur de Nerone qui tunc imperabat et primus
de principibus romanis movit persecutionem contra
fidem. Nam misterium id est figura iniquitatis
id est antichristus qui dicitur iniquitas in abstracto propter
excessivum sue malicie sicut homo multum
liberalis dicitur ipsa liberalitas. Iam operatur
in Nerone ecclesiam persequente tantum ut sup. restat
ut qui tenet nunc scilicet romanum imperium ut
exponunt aliqui teneat donec de medio fiat
id est donec desinat romanum imperium per discessionem
ab obediencia eius. Sed in videtur melius
exponi de dissensione a fide vel simpliciter
sic tantum ut sup. restat ut qui tenet nunc fidem
katholicam teneat eam firmiter in persecu-
tione Neronis et aliorum tyrannorum eam
persequentium donec de medio fiat id est donec
desinat modo simpliciter. Et tunc etc. quia sic dictum
est de fidelitate sic fide apparebit antichristus pro-
ut dicitur. Et tunc revelabitur ille iniquus sic
antonomastice dictus quem dominus Jhesus
interficiet spiritu oris sui etc. quia de mandato
eius fulminabit per ministerium Michahel
archangeli qui eum destruet in anima
et corpore illustratione adventus sui id est in
adventu suo claro. Cuius adventus est
hic ponit antichristi potentiam demonis effectum
habebit enim antichristus demonem private qui
adeo permissus faciet multa mirabilia ad
eius nutum pro subversione fidelium et
est quod dicitur. Cuius adventus est secundum operationem

sathane in omni virtute id est speciali potestate et
signis et prodigiis mendacibus. Nam aliqua
sunt per illusionem sensuum a demone que vide-
buntur esse et non erunt et aliqua erunt res
vere sicut demon super oves Job fecit ignem
vere descendere. Dicuntur tamen signa mendacia
quia fiunt ad assercionem mendacii et omni
seductione iniquitatis ut puta muneribus et promissis
et aliis modis exquisitis. Hiis qui pereunt
in illis enim habebit eius decepcio effectum eo
quod vitant veritatem id est quia veritate caritatis que
est lex amoris non receperunt credendo ut
salvi fierent quia extra veritatem caritatis non est
salus. Et ideo id est propter eorum malicia mittet illis
deus id est mitti permittet operationem erroris id est du-
centem in errorem modis dictis ut credant
mendacio qui repulerunt veritatem ut iudicentur
omnes etc. scilicet iudicio condempnacionis. Nos autem
debemus. Hic est 3ª pars in qua apostolus reddit
thessalonicenses dociles eos in moribus informando
et primo quantum ad operationem boni 2º quantum ad evi-
tacionem mali ibi Denunciamus. Prima in tres
quia primo de eorum profectu gracias agit 2º ad perse-
verandum eos inducit ibi Itaque fratres 3º orationes
eorum petit in principio 3i capituli. Circa primum dicit
Nos autem debemus gracias agere etc. quia bonum
discipulorum redundat in magistrum quod elegerit
vos deus sua gracia primicias in salutem
fuerunt enim de primis credentibus ex gentilibus
in sanctificacione spiritus per baptismum in quo datur gracia
spiritus sancti sanctificans et fide veritatis id est in fide
katholica que sola est vera in qua scilicet fide et vocavit
vos per evangelium nostrum id est per nostram predicationem eciam
in acquisicionem glorie etc. id est ut per hoc gloriam acquirant.
Itaque fratres. Hic consequenter ad perseverandum eos inducit
dicens. Itaque fratres state firmi in moribus et fide
et tenete tradiciones quas didicistis a nobis
sive per sermonem presentialem vos docendo sive
per epistolam nostram qua absentes vobis misi
vos docendo. Et quia perseverando in bono
indiget homo adiutorio divino ideo subdit
deprecando. Ipse autem dominus etc. Ecce lectio Capitulum

De cetero fratres. Hic consequenter apostolus tercium
petit a thessalonicensibus oracionum suffragia et

cultus est recepta. d. 1. De cetero fratres orate pro nobis instanter et devote ut sermo domini i. predicacio ewangelii currat sine impedimento ad alias gentes et clarificetur per miracula virtute eius declarancia sicut et apud vos jam factum est et ut liberemur ab importunis i. pseudo apostolis impune ffta gerentibus et malis hominibus predicacioni ewangelii qualitercumque impedientibus non enim omnium est fides i. non dum omnes acceperunt fidem per hoc qui sunt accepti fidelis autem deus est in promissis adimplendis qui confirmabit vos contra deceptores pseudo apostolorum et custodiet a malo s. impacie et persecutoribus tirannorum confidimus autem de vobis in domino i. de vestra bona obediencia ad deum quia quecumque precipimus et facitis et facietis quia non precipimus ea auctoritate propria sed divina ideo subdit Dominus autem dirigat corda vestra ad implendum sua mandata in caritate dei erga omnes et paciencia christi quantum ad persecutores Denunciamus hic quem insinuat vos quantum ad evitacionem mali et profectum ipsorum 2º remouet falsum intellectum i. vos ut Circa primum dicit Denunciamus autem vobis fratres in nomine domini nostri ihesu christi i. precipimus auctoritate ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate declinante ab ordine legis nature et legis scripte quia dicitur Ro. 13. Cum pius patitur et non secundum tradicionem quam acceperunt a nobis facto et verbo Ipsi enim scitis per experienciam operis quemadmodum oporteat imitari nos s. in operibus meis quia non inquieti fuimus inter vos i. vagabundi et ociosi neque gratis panem manducavimus petentes nos ministrari ab aliquo verum sed in labore et fatigacione corporali nocte et die operantes ad acquirendum victum meum exceptis horis ad orandum et docendum aptis non quasi non haberemus potestatem accipiendi sumptus a vobis secundum formam ewangelii Luc. 10. ubi dicitur predicatoribus Edentes et bibentes que apud illos sunt dignus est enim operarius mercede sua Sed ut nosmetipsos formam daremus vobis quia si nos habentes potestatem accipiendi sumptus abstinuimus adhuc vivendo de meo labore multo magis alii qui non habent talem potestatem debent de labore suo vivere Cetera patent usque

dictamen aliter non esset mansuetudo sed
magis pusillanimitas ad omnes homines tam in-
fideles quam fideles Eramus enim hic ponit
dicte instructionis rationem et est duplex
prima autem tamen ex parte status quo sit eorum ad
fidem conversionem quia ante conversionem erant mali
et desiderosi etc. ideo debet desiderosis hominibus
et fidelibus condescendere per mansuetudinem
quantum potest fieri bono modo secundum rationis dictamen
Eramus enim et nos aliquando insipientes i. sine
sapientia vera que est Christus. quamvis aliqui
essent tunc philosophi mundana predicti sapientia et incre-
duli in hiis que sunt fidei tamen ante fidem sunt
ea que sunt fidei errantes in moribus
servientes desideriis etc. i. passionum sectato-
res in malicia et invidia agentes quantum
ad illos qui peccabant contra malitiam Et
quia hoc est valde detestabile ideo subditur
odibiles Ideo odientes invicem quia mali
homines non habent amicitiam ad alios nec
ex ad seipsos ut docet philosophus 8º ethicorum.
Cum autem apparuit hic ponit 2m ro. et 2º
ex dictis infert conclusionem quedam ibi fidelis
Ro ibi autem consideratio status post sua[m]
conversionem ut sint heredes vite eterne Et hoc
ex nimia eius gratia et benignitate propter
quod benigni aliis et infidelibus debent esse
maxime principibus quantum potest fieri secundum rationem
et hoc est quod dicitur Cum autem apparuit be-
nignitas et humanitas etc. humanitas in eius
nativitate benignitas autem in sua con-
versatione non ex operibus iustitie que fecimus
nos tamen peccatores eramus sed secundum suam misericordiam
salvos nos fecit Salus enim eterna comendat
totaliter sanitatem nature potest quod homo non
potest eam attingere nisi ex largitate divine misericordie
per lavacrum regenerationis i. baptismi qui est spiritualis
generatio Ioh. 3º Nisi quis renatus fuerit ex
aqua et spiritu sancto non potest intrare in regnum
dei et renovationis spiritus sancti Spiritus enim
sanctus in baptismo datus terminat vitam veterem
que est sub peccato et inchoat novam que est
in gratia quem effudit in nobis habunde ad
deletionem omnium peccatorum et copiam virtutum
per Ihesum Christum etc. ex cuius passione habet efficaci-
tam baptismi sacramentum ut iustificati gratia
ipsius que facit nos filios dei adoptivos
et per consequens heredes simus secundum spem vite eterne
in presenti et in futuro eius consecutionem fidelis
sermo hic ex dictis infert conclusionem scilicet quod Titus
de hac spe vite eterne informet subditos

T

T adque vocati sunt

T

suos et deuitet doctrinam inutilem et cu-
riosam. d. i. Fidelis sermo est. s. quod simus
heredes secundum spem vite eterne. Et de hiis volo te
confirmare subditos tuos. est enim spes ista
anime anchora tenens eam immobilem
in bono. sicut anchora materialis nauem in
mari. Sed in hoc est differentia quod anchora ma-
terialis figitur deorsum in maris fundo. hec
autem figitur sursum in celo. vnde ad hebreos
Fortissimum solacium habemus qui confugimus
ad tenendam propositam spem quam sicut ancho-
ram habemus anime tutam et firmam et in-
cedentem usque ad interiora velaminis. i. usque ad se-
creta celestia que sunt nobis velata. Ut curent
bonis operibus preesse. i. ut sint de primis in
bonis operibus. Hec sunt bona et
utilia hominibus. Stultas autem questiones. i. irracionabiles et genea-
logias. s. fratrum per quas pseudo apostoli inte-
bant ihesum nazarenum de dauid non descen-
disse sicut dictum est supra i. thimo. i.o Et contencio-
sas et pugnas legis deuita. inutiles per quas
aliquam intendebant scilicet intellectum introducere
in subditis. Sunt enim inutiles. i. sine fructu
et vane. i. sine Hereticum hominem sed quamuis omnes
communiter tuos et tui subditi deuitant se here-
ticum habere. d. Hereticum hominem qui recipit
fidem katholicam et postea corrumpit eam post
vnam. i. post primam ex modo loquendi quo
dicitur Gen. i. Et factum est vespere et mane dies
vnus. i. primus. et secundam correptionem deuita. i. fa-
cias ab aliis deuitari ne peccatum inficiat
alios. sciens quia subuersus est qui eiusmodi est. re-
ditum et hoc de quo est sic. et proprio iudicio condep-
natus Namque fidem quam recipit ut vitam in-
pugnat ut eternam. Cum misero. hec est vltima
pars huius epistole que dicitur conclusio eius in qua per
hoc tito mandat et eum salutat dicens Cum
misero ad te arthemam aut tychicum ad regendum
in absentia tua populum tuum festina ad me
venire nycopolim. quia proponebat ibi
manere per aliquod spacium temporis et mandat
tito ut illo tempore spacio possit eum
plenius informare de ecclesiastica disciplina.
Zenam legis peritum et appollo sollicite pre-

mitte. i. sollicite eos prouidendo de necessariis
ut nichil eis desit in via. Erat enim epistolas
corinthiis propter sedicionem ad inuicem se commi-
tatam per pseudo apostolos discessat a zena
socio suo ad titum episcopum cretensem sed sedata
corinthiis per epistolas pauli mandauit tito
ut prius quam veniret nycopolim ad eum romit-
teret eos dicens ut prius nominat zena
et dicit eum legis peritum non est eo quod esset maior
et perior sed quia dignitates temporalis ipsius
appollo et eius scientia erant note et famose
non sic autem illius. vnde primum prius nominat et perito
apposuit ne causa prouisionis circa eum negligeret
Et si queratur vnde fieret ista prouisio respondet dicens Dis-
cant autem et nostri. i. cretenses vos subditi bo-
nis operibus preesse. i. insistere scilicet ministrando dictis
ad vsus necessarios non superfluos. ut non sint infruc-
tuosi et sic eiciant et in ignem mittantur
sicut arbor infructuosa. Matthei i.o Omnis arbor
que non facit fructum excidetur et in ignem
mittetur. Tertio salutat eum dicens Salutant te
qui mecum sunt omnes quorum nomina tacet propter
breuitatem. Saluta eos qui nos amant
in fide. i. fideliter et non ficte. Tertio salutat eos
generaliter dicens. Gratia dei que est causa vite be-
ate cum omnibus vobis sit semper Amen. Incipit
Epistola pauli ad phylemonem
Paulus vinctus. Capitulum primum
Pic incipit epistola pauli ad phylemo-
nem que diuiditur in tres partes scilicet in saluta-
tionem et prosecutionem ibi Gratias ago
et conclusionem ibi Confidens. In prima
parte ponit personam salutantis cum dicit Paulus
vinctus christi ihesu. Hic non nominat se apostolum quod
est nomen dignitatis sed vinctum pro christo ihesu quod est
expressiuum pietatis eo quod intendebat mouere
phylemonem ad pietatem erga onesimum
pro quo scripsit hanc epistolam phylemoni ut
patebit prosequendo. Et thimotheus frater suum
adiungit in salutacione qui erat dilectus
phylemoni ut sit magis exaudibilis non
solum pro reuerentia pauli sed etiam pro amore
thimothei. Secundo ponit personam salutatam cum
dicit phylemoni dilecto et adiutori nostro
scilicet in predicacionis et vtilitate. et appie sorori karissime.

Hec ut dicit glosa erat uxor phylemonis
io enim nominat in salutatione ut inclinet
phylemonem ad petitionis exauditionem Et
archippo commilitoni nostro in milicia christi
viriliter resistendo adversariis fidei. et iste nominat
ad istam quia et appia et ecclesie i. congregationi
fidelium que in domo tua est Nam tu eo
plures fideles habitabant. Secundo ponit optatum
bonum cum dicit Gratia vobis etc. exponatur sicut in prima epistola
precedenti Gratias ago Hic quarto ponit tertiam epistole
partem et dividitur in duas partes quia in prima parte paulus
captat phylemonis benivolentiam secundo
format suam petitionem ibi Propter quod Circa primum
dicit Gratias ago deo meo semper actum ut habitum
vel semper i. omnibus temporibus adhoc decen
tibus memoriam tui faciens etc. agendo gratias
de bonis tuis presentibus et deprecando pro futuris audi
ens caritatem tuam et fidem i. commendationem
tue caritatis et fidei resonantibus in quam habes
in domino ihesu cum sis fidelis et in omnes sanctos
quibus tua bona communicas misericorditer et communi
catio etc. hoc refert ad id quod supra dicit memo
riam tui faciens in orationibus meis. s. orando
ut communicatio fidei tue in effectu quo scilicet proximo fideli
et sanctis eius ministras misericorditer evidens
fiat per receptionem premii in agnitione omnis boni
i. in clara dei visione in quo est omne bonum
in christo ihesu i. per christum ihesum per mediatorem nostrum
vel in christo ihesu quia bona restant nobis in aspectu
sue divinitatis et corporis in aspectu sue humanitatis Gau
dium enim magnum habui etc. quia bonum discipuli re
dundat in bonum magistri quia viscera sanctorum requie
verunt per te frater consolatus enim eos fuerat
ipse et eis sua munia ministrando Nam ut quidam
dicunt et consiles non faciebat apostolus ad adu
landum sed ut provocaret eum ad maius bonum
quia unus laus illum iuvat Propter quod multam Hic quarto
apostolus format suam petitionem et secundo removet
confusionem ibi Forsitan enim Circa primum dicit
Propter quod i. propter caritatem de te auditam multam
fiduciam habens in christo ihesu i. per amorem christi
ihesu imperandi tibi quod ad rem pertinet i. quod
est decens et conveniens propter caritatem inter me
et te mutuam magis obsecro cum sis talis
vita et etate ut paulus senex propter quod
magis volo uti deprecatione quam imperio. nunc et

scribens thimotheo dicit prima epistola quinto Senio
rem ne increpaveris sed obsecra ut patrem Nunc
autem vinctus ihesu christi quod dicit mea senectus et
incarceratio ihesu christi movere te debent ad acquiescend
me deprecationi que subditur cum dicit Obsecro te
pro meo filio spirituali quem genui in fide in vin
culis Onesimo. propter quod tenerius ipsum diligo
qui tibi aliquando inutilis fuit tua tollendo quando
fuit infidelis nunc autem regeneratus in christo
et tibi et mihi etc. quem remisi tibi meliorem
tu autem illum ut mea viscera suscipe i. ut fi
lium meum karissimum ac si esset genitus ex meis
visceribus quem ego volueram mecum detine
re pro te qui filius meus es et item fuisti ut
ministraret tamen sit servus tuus et sic michi
ministraret per ipsum in vinculis evangelii i. in quibus
sum alligatus predicatione evangelii sine consilio
autem tuo i. sine consensu tuo nichil volui facere
de eius retentione ut ne velud ex necessitate
bonum tuum esset etc. i. ne bonum ministerii quod
fiet mihi per eum quod secundum veritatem debet dici tuum
eo quod est servus tuus videtur magis coactum
quam voluntarium ex parte tua. Forsitan Hic quarto
removet duplicem confusionem quia posset
iste phylemon facere primo est quia onesimus
ab eo recesserat ipso nesciente propter quod non debebat
ab eo iterum recipi graciose. hoc autem concludit apostolus
per hoc quod ille recessus cedit ad bonum phylemonis
dicens. Forsitan enim ideo discessit ad horam a te
i. modico tempore quod quasi nichil est computandum
2º phi. ut eternum ipsum reciperes i. non solum
in presenti ad tuum servicium paratum sed etiam in futuro
tecum ad celi gloriam ordinatum iam subditur
Iam non ut servum sed pro servo karissimum fratrem re
ligione christiana maxime michi s. karissimum
eo quod in fide genui eum ut predictum est quanto
autem magis tibi supple debet esse carus magis quam
ante recessum eius et in carne quia servus
tuus est ad serviendum tibi corporaliter et in domino
quia servus est fidelis ad regnandum tecum consorti-
o concludit Si ergo habes me socium tibi veracissima
caritate iunctum et amicum Suscipe quia suscipe
illum sicut me i. dulciter et benigne Si autem
Hic removet secundam confusionem quia posset phylemon
dicere quod onesimus recedendo intulerat sibi dampnum
in persona vel in suis rebus quod removet apostolus

p hoc q obligat se ad satisfaciend . dicens
Si aut aliqd nocuit tibi in psona vl in fa
milia aut debet q obligatiõe aliqua .
hoc mi imputa tamq debitori Ego paulus
scripsi mea manu ad maiorem certitudinem
ego reddam i satisfaciam ipi dño qui est
superior omni^o sibdi Vt no dicam tibi cuius
subdi eo cu de^z qd et te ic^a quia et teipm
mi debes eo q es cata mea in fide katho^ca
et in instrucione criana q d min^o exigo a
te q mi debeas Ita fr ego te fruar in dño
i gaudebo de te in deo si feris que peto
refice viscera mea ꝯplendo desiderium meum
in hoc qd postulo in dño i pter deum pri^a
et pter me sedario Confidens Hec e vltia
ps vl eple q^a in qua dicit pimo se scripsisse
philemoni ꝯfidens de pmptitudine sue
obediencie . d . Confidens ic et p^z 2° mandat
sibi hospiciu pari ꝯ amicicia spali . dicens
Simul aut ic 3° Salutat te epafras ic
et vltio benedicit ei et aliis . d . Gra dni
nri ihu x̄ que est causa vite bte cu spiritu
vro sp sit pseuanter Amen Incipit
prologus in eplam ad hebreos

Cum venit quod pfcm est eua
cuabitur quod ex pte est . i^a
Cor 13° Imprimitur ccta illi
qui de iudaismo ꝯuertebant
ad fidem x̄ nimis zelabant et indiscte
p lege moisi . s^m qd scbit in libro actuu
aplo^r In quo quidem libro tagit hystoria
nascentis ecce . ut dicit Ieo^9 in epla ad pau
linu . ibi em 20 c^o introducit verba
bti Iacobi loquent ad paulu aplm de zelo
ꝯuso^r ad fidem x̄ p lege moisi sic dicens
Vides fr q milia sunt in iudeis qui cre
diderunt xpo et oms sunt emulatores legis
ic Et intm p lege moisi zelabant q di
cebant esse nccm ad salutem ipam circu
cisionem ut hct act . 14° Quidam ascendentes
de iudea . sz in antiochiam vbi erat ccta
fidelium inchoata docebant fres . quia nisi
circumcidami s^m morem moisi no potest saluu

fieri Et inde orta fuit heresis nazarenorum
dicencium obsuacoes oim legaliu ee nnas
ad salutem ut d^r Aug^9 libro de heresibus paulus
ire ideo edoctus non solu in tris p in
spiracom ut ceti apli sz et in cel p aptam
vision in raptu . s^m . aut Aug^9 ad paulinu
de videndo deum videns hoc esse cont eua^n
ritatem scripsit hanc eplam hebreis ad fi
dem x̄ conūsis . in ea manif^e ostendens inpfcoz
legis . et eua^u et p ꝯns eius cessacom
in tpe pfcois quod est tempus x̄ . Et ex ho^c
pz q ista epla int eplas pauli pima est
in ordine licet sit vltia scbendi tpe . quod
pz ex duobus pimo ex mo scbendi . quia
hanc eplam scripsit aplus hebraice ut im
videbit insra Scripta aut hebraica antiquior
est int omes . s^m qd d^r ysidor^9 libro i^o ethi^ma
Vn et alie lre dicunt ab hebraica et
q^m ad sonu et q^m ad noiacom . quod pz
de lris ꝯcis pima em lra hebraica dr
Aleph . 2^a beth . pima in gco alpha 2^a be
tha . et sic de aliis saltem ut in plibus vn
pz q lre gce sunt diuate ab hebraicis .
et non est dubiu qn latine a grec . sunt
ydioma latinu ab ydiomate gco . et sic p
positu / 2° hoc pz ex sma . q in hac epla
vitas legis eua^ne et eius pfco ondit
In aliis aut eplis paulus aplus ad obs
uanciam eua^u fideles hortat . pus aut
est vitatem legis cognosce q ipam obsuare
patet i^a q hec epla ut dcm est por e or^ne
doctrine In vbo igr passupto tria designat
ad euidenciam huius eple pimu est inpfco
legis mosaice 2^m pfco legis euan^ce 3^m e
ordo vtriusq pimu tangit cu de^z qd expte
est . 2^m cu de^z qd pfcm est . 3^m tan cu de^z
venit ic euacuabit quia adueniente euan
lio euacuat ut mag^9 videbit pimo i
in vbo passupto tangit inpfco mosaice
legis cu de^z quod ex pte est . Pars em
habet rom sic p oppositum totum habet
rom pfcti . s^m qd de^z 3° phi^ce Totum et
pfcm sunt idem Et io inpfco legis mosaice
bn designat cu de^z ex pte . Adueniente eua^n

Prologus

Secundo quod in lege divina occurrunt tria consideranda
Primum est fides unius dei, quod est fundamentum
primum ad susceptionem legis divine, quia per fidem
prius admittitur cui lex datur. quia lex non nisi
populo aliquo modo admisso. Secundum est ipsa lex vel
corpus legis quod consistit in ipsius mandatis vel mo-
ralibus. tertium est eius finis. Finis autem legis divine
est beatitudo eterna, sicut finis legis politice et hu-
mane est felicitas politica. In istis tribus lex
mosaica invenitur imperfecta. quod patet de primo scilicet
de fide quia licet in illa lege fuit notitia aliqualis
unius dei et eius in quodam generali, tamen non fuit
ibi notitia explicata trinitatis personarum in
unitate essentie divine nec per consequens incarnationis
Christi. ratio est quia sicut cognitio naturalis procedit
de imperfecto ad perfectum ut dicitur primo physicorum unde et pueri
primo vocant omnes viros patres et omnes feminas
matres, postea distinguunt. Ita scilicet spiritualis
cognitio minor fuit in veteri lege quam in nova
in qua per Christum veritas est lucide revelata, propter
quod dicit Salvator Joh. 17o Pater manifestavi nomen tuum hominibus
quos dedisti mihi etc. In figura huius Moyses lo-
quebatur ad populum velata facie ut habetur Exo. 34o
quia mysteria fidei iudeis erant figuris et enigmatibus
velata, propter quod patres veteris testamenti poterant dicere
illud quod scribitur 1 Cor. 13 Ex parte cognoscimus
et ex parte prophetamus. Omnis lex mosaica fuit
imperfecta quantum ad secundum quod est legis corpus sive
mandata eius. Ad cuius evidentiam considerandum
quod mandata legis vetere triplicia distinguntur quia
quedam sunt moralia precepta cuiusmodi scilicet illa
que sunt de dictamine rationis etiam si nulla
lex esset posita, sicut est illud mandatum quod
scribitur Exo. 20 Honora patrem tuum et matrem etc.
Et similiter illud quod per modum monitionis scribitur Levit.
19o Coram cano capite consurge et honora
personam senis et consilia. Quedam autem sunt
precepta iudicialia que sunt quedam determina-
tiones moralium preceptorum in ordine ad proximum,
sicut de dictamine rationis naturalis est quod malefici pu-
niantur, propter quod illud preceptum morale est
quod habetur Exo. 22o Maleficos non patieris
vivere; sed modus mortis, ut quod lapidentur vel
decapitentur vel comburantur et huiusmodi pertinet
ad determinationem legis, et determinantur in iudi-
cialibus preceptis. Quedam autem sunt ceremonialia

et sunt determinationes moralium preceptorum
in ordine ad deum, sicut de dictamine rationis naturalis
est quod deus honoretur, et ideo datur de hoc preceptum
morale Exo. 20 Memento ut diem sabbati
sanctifices etc. Modus in honorando deum ut per
talia et talia sacrificia vel talibus temporibus et
huiusmodi pertinet ad determinationem legis, et hoc de-
terminatur in moralibus preceptis ceremonialibus
propter quod preceptum predictum Exo. 20 Memento ut
diem sabbati sanctifices etc. quantum ad determinationem temporis
vel diei sabbati ceremoniale est, morale magis
ubi precipit quod homo vacet divinis. Ista autem precep-
ta genera preceptorum in lege moysi fuerunt imperfecta
et hoc declarat primo de moralibus preceptis
duplici ratione. prima ratio est ista. Quia precepta mo-
ralia in lege moysi ordinabant hominis actus
hominis exteriores tantum propter quod apostolus in epistola ad
Ro. 7o vocat legem moysi legem factorum de
actibus interioribus in quibus principaliter consistit bonum
morum nihil ordinabant aut parum. Sed
contra hoc videtur esse illud quod habetur Exo.
20o ubi concupiscentia prohibetur: Non concupisces uxo-
rem proximi tui etc. Dicendum est secundum antiquos doctores
quod talis concupiscentia non prohibebatur maxime ut erat
omnino latens in corde, sed prout prorumpebat
exterius per aliqua signa et verba [illegible]
tactus et oscula et huiusmodi. Et ideo sic exponunt
Non concupisces, id est signa concupiscentie non facies. Unde
Philippus(?) dicit glossa quod lex vetus prohibebat
manum non animum, vel secundum alios dicendum quod licet
lex vetus prohibet concupiscentiam intus latentem
hoc tamen erat in paucis, sicut in mecchia et furto
Item nimis insufficienter prohibebat concupiscentiam
quia non puniebat transgressores quos puni-
endos dicebat. Et sic patet quod insufficienter
lex mosaica ordinabat actus interiores
Secunda ratio est quod lex mosaica etiam actus exteriores
ordinabat insufficienter, sicut patet de Deut. 23o
ubi dicitur sic Non fenerabis fratri tuo ad usuram
pecuniam nec fruges nec aliquam aliam rem
sed alieno. Ibi enim permittitur usura exerceri per fenus
quod est illicitum, et contra dictamen rationis. Si-
militer Deut. 24o permittitur viro dare uxori libel-
lum repudii et exire ea indebita, unde ibi dicitur
Si acceperit homo uxorem et habuerit eam et non

gratiam moralis eius propter aliquam feditatem
scribet libellum repudii et dabit in manu eius
et dimittet eam de domo sua. Indivisibilitas
autem coniugii per totam vitam est de iure
naturali communi ut alias declaratum est supra etiam. Et
sic patet quod lex vetus imperfecta fuit in moralibus.
Propter hanc autem imperfectionem lex mosaica dicitur
pedagogus in Gal. 3. id est regula puerorum
et imperfectorum in quibus non quaeritur perfectio morum
sed ab exterioribus inhonestis timore disciplinae
reprimuntur et in exterioribus actibus multa
eis permittuntur quae non permittuntur viris perfectis.
Propter quod Augustinus libro de spiritu et littera exponens
illud 2. Cor. 3. Littera occidit etc. dicit hoc
esse intelligendum non tantum de cerimonialibus sed etiam
de moralibus veteris legis quia si non exhibe-
bant aliqua quae de se sunt mortifera utputa
[illegible] ut patet quod ad Ro. 3. Ex operibus legis
non iustificabitur omnis caro. Secundo ostenditur quod
cerimonialia sunt imperfecta. Ad cuius evidentiam
considerandum quod cerimoniae veteris legis sunt in quadruplici
differentia. quaedam pertinent ad sacramenta.
quaedam ad sacrificia. quaedam ad observantias.
et quaedam ad sacra. Sacra autem et observan-
tias ordinant ad sacrificia et sacramenta.
quia sacra dicuntur vasa et loca et huiusmodi
quibus utebantur in sacrificiis et ritu colendi.
Observantiae autem dicuntur quidam modi reli-
giose vivendi quibus utebantur Iudaei quia
erant populus peculiaris ipsius dei utpote ut
custodirent se ab aliquibus cibariis et poti-
bus et vestibus et consimilibus. Et hoc quod erant
plus consecrati deo per sacramentum circumcisionis et
alia sacramenta. Nunc autem ita est quod ex fine
sumunt rationem ea quae sunt ad finem. Et ideo
si ostendatur quod sacrificia et sacramenta erant imperfecta
quae ordinantur ad duo praedicta sicut ad finem
ut praedictum est. Quod autem sacrificia veteris legis
erant imperfecta patet quia quaedam erant pro peccato ob-
lata et haec erant imperfecta quia non poterant
auferre peccata ut patet quod dicit apostolus ad Hebr. 10.
Impossibile est sanguine hircorum et taurorum
auferri peccata. Et item ibidem. Omnis quidem
sacerdos scilicet veteris legis praesto est cottidie ministrans
et easdem offerens hostias quae non possunt auffer-
re peccata. Et hoc idem dicit Ysa. 40. Libanus non
sufficiet ad succendendum et animalia non sufficient
ad holocaustum. Libanus autem hic vocatur
templum quod scilicet fuit de lignis Libani.
Animalia autem hic oblata et quantumlibet ad perfectionem
continuata non sufficiebant ad [illegible]
Alia autem erant sacrificia pacifica id est ex devo-
tione oblata ad gratiam dei impetrandam seu ad
beneficium divinum et illa erant imperfecta quia gratia di-
vina seu beneficium divinum non impetrabatur oblati-
onibus licet aliter daretur propter devotionem et
fidem offerentis. Et hoc est quod dicit apostolus Hebr.
9. Tabernaculum scilicet primum id est [illegible]. Quae
est parabola instantis temporis iuxta quam munera
et hostiae offeruntur quae non possunt secundum conscientiam
perfectum facere servientem. Perfectio autem conscientiae est
per donum gratiae et sic patet propositum. Tertio sacramenta
veteris legis erant imperfecta. Ad cuius evidentiam
considerandum quod illa sacramenta erant ordinata
ad faciendum homines idoneos ad cultum divinum.
Et ideo aliqua erant communia toti populo tam viris
quam mulieribus ut purificationes aliquae a tactu
immundi et mortui quae purificationes fiebant
per aspersionem aquae expiationis de qua habetur
Numeri 19. et consimilia. Aliqua autem erant sacramenta
solis viris competentia sicut circumcisio. Aliqua
ut solis sacerdotibus sicut consecratio et unctio
sacerdotis et huiusmodi. Cuius ratio est quia sacerdotes
speciali modo applicabantur ad cultum dei. Ista
tamen sacramenta praedicta erant imperfecta quia non
conferebant gratiam sed quia non efficiebant homines
idoneos ad cultum divinum. Ideo sacramenta lega-
lia dicuntur egena et infirma. Ad Gal. 4.
ubi dicitur. Nunc autem cum cognoveritis deum
immo cogniti sitis a deo quomodo convertimini iterum
ad egena et infirma elementa. Dicuntur autem
infirma quia non conferebant aliquam gratiam
spiritualem sicut conferunt sacramenta novae legis.
Et dicuntur egena quia non conferunt gratiam
quae necessaria est ad bene utendum illa potestate. Et quia
tamen hoc videtur quod in Exo. et Levit. quasi ubique
dicitur. Omnia illa sacramenta reddebant homines
idoneos ad cultum divinum. Dicendum quod ista idonei-
tas erat per quandam munditiam et expiationem

prologus

corporalem. sicut in noua aliquis dicitur ineptus
ad ministrandum uel celebrandum. et locio manuum
reddit eum aptum. sed hec aptitudo est tantum corpora-
lis. erat aptitudo que dabatur per sacramenta legis
propter quod dixit ista sacramenta emundacio carnis.
ut habetur Hebr. 9. ubi dicitur sic Sanguis hir-
corum qui semper offerebatur in consecratione sacerdotum.
et cinis vituli aspersus quo omnes inquinabantur
a tactu mortuorum uel immundi ut dictum est.
inquinatos sanctificat ad emundacionem carnis
. ut sic dictum est. talia non conferebant graciam sed
auferebant quedam impedimenta et irregulari-
tates impedientes a tabernaculi ministerio. sicut
in noua lege patet per exemplum. Cum enim per prelatos
dispensatur cum aliquo illegittime nato uel
peccato uno oculo uel huiusmodi. non confertur ex hoc
sibi gracia. sed tantum tollit irregularitas. Sed contra
hoc videtur. quia secundum doctrinam sanctorum circumcisio tol-
lebat peccatum originale et per consequens conferebat graciam
ut communiter tenetur. Dicendum secundum antiquam opinionem
quod tollebat peccatum originale non tamen conferebat
graciam. hec enim erat proprietas circumcisionis ut tene-
tur multi et magnus quorum tenet preter plurimi
a nun hic obmitto. et in hoc differebat a baptismo
qui non solum peccatum originale aufert sed etiam
confert graciam. Aliter potest dici quod si in circumcisione
conferebatur gracia. hoc non erat in virtute illius sacramenti
sed ex fide christi venturi. quem protestabatur ille qui
circumcidebatur. si erat adultus uel alius pro eo si paruulus
erat. et hoc est quod dicitur communiter. quod valebat ex fide
suscipientium. non autem ex opere operato per quem
modum valent sacramenta noue legis. patet
quod cerimonialia legis precepta erant imperfecta. Secundo ostenditur
quod iudicialia precepta erant imperfecta. quod patet
in duobus primo inducendi homines ad obseruan-
ciam iusticie ad quam ordinabantur iudicialia
precepta. 2o ex ipsis preceptis. Primum patet sic primum est
imperfectorum hominum ut inducantur ad iusticiam obser-
uandam per timorem pene. unde dicit Oracius
de epistolis. Oderunt peccare boni virtutis
amore. oderunt peccare mali formidine pe-
ne. hoc etiam declaratur racione. quia illud quod ex ti-
more fit penale est et non delectabile. unde de-
scitur. Timor habet penam operari autem virtuo-
se non est penale virtuoso et perfecto sed magis

delectabile propter quod dicit 2o ethicorum. Signum
habitus generati est delectatio in opere. Lex
autem mosaica inducebat homines ad iusti-
ciam obseruandam per timorem pene uel
penarum. propter quod dicitur lex timoris. et in signum
huius lex data fuit in terroribus. ut Exo.
19o. Jam aduenerat dies tercius mane ecce
data est lex et sequitur. Et ceperunt audire to-
nitrua et micare fulgura et nubes den-
sissima operire montem et clangor buccine
vehemencius perstrepebat. timuit populus
qui erat in castris. Et sic eadem racione facies
moysi apparuit cornuta. quando secundo apportauit
legem in tabulis descriptam et timuerunt
filii israel. ut habetur Exo. 34o. In cornibus
enim illis designabatur terror et feritas
legis. patet primum. secundum patet scilicet imperfectio iudicialium preceptorum
ex modo inducendi ad opera iusticie per timorem
pene. 2o idem patet ex ipsismet iudicialibus
preceptis. que aliquando affligebant penam inno-
centi et aliquando culpabilem non puniebant.
Primum patet per illud Num. 34o de homicidio
casuali. ubi sic dicitur. Talis qui fortuitu
absque odio et inimicicijs ... interficiebat
hominem debet fugere ad vnam ciuitatem refu-
gii et ibi manere usque ad mortem summi sacer-
dotis. quod aliquando erat per magnum tempus. et per consequens
talis qui erat innocens cum homicidium
fuisset omnino casuale et inuoluntarium sine culpa
puniebatur grandi pena. quia oportebat eum
esse exulem per magnum tempus a sua ciuitate
et sua possessione. 2m patet ubi subditur de tali
fugitiuo innocente. quod extra fines vrbium
inventus fuerit et percussus ab eo qui vltor
est sanguinis absque noxa erit. qui eum
occiderit. debuerat enim esse profugus usque
ad mortem summi pontificis in vrbe residere
Et sic patet quod interfectio innocentis inpunita
remanebat sine pena. que tamen est grauis culpa.
Talis autem imperfectio legis proueniebat imperfectioni
populi. qui erat pronus ad effusionem sanguinis.
et ideo si interfector a casu remaneret in sua
ciuitate inter amicos interfecti ex impetu
mortis cognatus innocentis. et sic de facili pos-
sent in populo homicidia multiplicari. Et ideo

ad hec mala euitanda · data est lex p(ro)hibitiva
de eius fugit · quis erat innocens · Et exclu
ror · approbat lex si ab aliquis interficit
eum extra fines ciui(tatis) refugii · ut sic tolerant
in urbe remanere · non ex sua culpa · s(ed) prae
homicidia p(ro)hibita euitanda · ad que plus
tamen imperfectus erat populus · Quantum ad hoc ide(m)
notum ponit philosophus · 5° ethicorum · q(uod) aliquae
leges sunt similes regulis quibus utuntur
artifices in labeo ad dolandum lapides · que
lapides illius regionis sunt male dolabi
les · ideo utuntur artifices regulis plumbeis ·
ut possint tortuositati lapidum applicari
Sic in veteri testamento date sunt leges propter
aliquam imperfectionem illius populi · patet 1° exponentis
q(uod) legis precepta tam ceremonialia q(uam) mora
lia q(uam) etiam iudicialia erant imperfecta · ut patet q(uo)d
d(icit) d(omi)n(u)s · Ezechiel · 20 c° · Dedi eis precepta
non bona · et iudicia in quibus non viuent
et pollui eos in muneribus suis · et dicit
precepta quantum ad moralia · que dicuntur non bona
non propter hoc q(uod) ibi aliquod malum preciperetur
s(ed) quia per ipsa · actus exteriores et interiores
hominum imperfecte ordinabantur · ut visum est supra
Et addit iudicia in quibus non viuet · quantum
ad iudicialia · per que plus iste regebatur timore
pene · in quo non consistit vita eterna s(ed) magis
in amore · d(icit) ulterius et pollui eos in muneribus
suis · i(d est) pollutos ostendi quantum ad ceremonialia · q(uia)
per illa que offerebant propriis polluti ostendebantur ·
et tamen non mundabant · ut visum est supra · Patet 2°
q(uod) lex mosaica erat imperfecta si considerat ipsum
corpus legis · 3° lex mosaica erat imperfecta si con
siderat eius finis · Sicut enim finis legis humane
est felicitas politica · ita finis legis diuine
est felicitas eterna · non solum legis noue s(ed) etiam
veteris · ut patet q(uo)d dicit apostolus · Ro · 10 · Finis legis
Christus in quo consistit beatitudo obiectiue s(ed) . Ut q(uo)d dicitur
Joh · 10 · Hec est vita eterna ut cognoscant
te solum deum et quem misisti ihesum christum · Sed
ad finem non afferebat homines nisi per gratiam s(ed) . Ut q(uo)d
d(icitur) Ro · 6° · Gratia dei vita eterna · Lex autem
mosaica non poterat gratiam conferre ut vi
sum est · et per consequens non poterat ad huius finem
introducere · propter q(uo)d patres veteris testamenti quantumcumque
iusti descendebant ad infernum ad limbum patrum
propter q(uo)d dicit sanctus Job · In profundissimum infernum
descendunt omnia mea · propter q(uo)d felicitas eterna
non promittebatur in lege manifeste s(ed) tantum sub figura
prosperitatis terrene · Et si aliquid promittit hoc est
raro et obscure · ut patet q(uo)d dicit apostolus · Hebr · 10 · Um
bram habens lex futurorum bonorum non ipsam imaginem
rerum · quia non manifeste sed obscure · futura bona
que sunt bona celestia · promittebat · patet 1° exponentis
dicta imperfectio legis quantum ad tria p(ro)hibita · videlicet quantum
ad id quod est legis primum · et quantum ad legis corpus
et quantum ad finem ipsius · ut patet q(uo)d d(icit) apostolus · Hebr · 7°
Nichil ad perfectum adduxit lex · et hec imperfectio
designatur in verbo primo posito s(ed) · propter ut patet
propter q(uo)d de hoc ut exponi illud quod d(icitur) Job · 26
Ecce hec ex parte dicta sunt viarum dei · Hec enim de
veniendi ad deum sunt veteris et noui testamenti
sed ea que in veteri testamento dicta sunt illa sunt
ex parte quia sunt imperfecta · ut p(ro)hibita · 2° principaliter
in verbo posito perfectio legis ewangelice · unde illud · quod
perfectum est · et patet eius perfectio comparando eam ad legis
veteris imperfectionem · quia perfecta est ratione cognitionis sicut
ratione preceptorum · et ratione finis · in quibus lex mosaica
erat imperfecta · Quod autem cognitio dei perfecta sit in lege
noua · patet per illud q(uo)d habetur Joh · 1° · Ue manifestam
nouam tantum hominibus etc · In figura autem huius
velum templi fuit scissum in passione christi ad
ostendendum q(uod) declarata et manifestata erant ea
que latebant sub velamine · ut patet q(uo)d ipsa lex
noua · tamen perfecta in cognitione est dei perfectum
descendens a patre luminum · ut habetur Jaco · 1° · Similiter
lex noua perfecta est quantum ad ipsum corpus legis · s(ed) quantum
ad ceremonialia precepta · quantum ad sacramenta · et quantum
ad sacrificia · Primo patet hoc de preceptis moralibus
quia lex noua perfecte ordinat actus humanos
non solum exteriores sed etiam interiores · et in hoc
imperfectionem legis supplet · ut patet q(uo)d d(icitur) Gal · 5° · 1°
imperfectionem legis adimplendo · Audistis q(uia) dictum est
antiquis non occides qui autem occiderit reus
erit iudicio · ego autem dico vobis · quia omnis qui
irascitur fratri suo reus erit iudicio · in quo ordi
nat motum interiorem animi · ut(pote) Sicut lex
noua · actus hominis exteriores ordinat · ut illum

mali pmittendo pter qd dt Gal. m. 12. Di
co aut vobis q omne vbum ociosum qd lo
cuti fuint homines sup terram reddent roem
in die iudicij. Si aut hic phibet vbum ocio
sum et p gns vbum nocium i. multo fortius
omem actu mali. pt qd dr m. 5. post sup
plecom preptoz moralium veteris legis gelicat
pfectom ewangelij d. Estote pfti etc. pficit aut
opus moralia prepta legis eis osilia ewangelica
sup addendo pt qd dt m. 19. Juueni dicenti
se custodisse mandata legis et qrenti vlti
pfectom dt Salvator. Adhuc tibi vnu deest. Si
vis pfcus esse vade et vende omnia que hes
et da pauperibus et hebis thesaurum in celo et
veni et sequere me. 2o dico q lex noua pfca
est qntum ad sacramenta quia sacramenta noue legis
oferunt graciam. qd no faciebant sacramenta
veteris legis. pt qd dr Joh. 1. lex p moysen
data est et veritas p ihm xpm facta est. pt h
dr de Johe bapt. qui p suam pdicacom et
sui bapt. disponebat ppim ad xpi bapt.
et p gns ad alia sacramenta. cu bapt sit ja
nua alioz sacramentoz luc. 1. de Joh pibit
in illum in spu et virtute helye pare dno ple
bem pfcam. 3o lex noua pfca est qntum ad sa
crificia. quia in ipa est vnu sacrificium pfissimum
s. eukaristia. que no est tm sacramentum sz et
sacrificium. q xpus qntmo ymolat ibi et fiunt
ius sue vnde passionis a plo pcipit. Illud
aut sacrificium tamq vnu et pfcm fuit in lege
figuratum p multa sacrificia et varia. sic pfcm
p impfca. Eius aut pfco appz in duobus p
q tollit pcca quod non poterat facere sacrificia
veteris legis. pt qd dr Joh. 1. Ecce agnus dei
ecce qui tollit pcca mudi i. pcca. fm q dt Bns
Joh. i. canonica 3o ca. Ipe est ppiciacio pcis
nris. non p nris tm sz et p totius mudi pccis
2o appz pfco eius quia augmentat graciam fm
qd dr Joh 6. Qui manducat me ipe viuet
pter me. p augmentum sz gre. Deniq at
offm huius sacrificij dr Hebr. 10. Sicut vna
hostiam offens pccis ppetuum sedit in dextra
dei pris et sa. Vna em oblacione osumauit in
sempiternum scificatos. Amorio nilpe ondit
in dr in caritate vnam pccis hostiam offens
Collano et augmenta gre cu sub Consumat

insempiternum scificatos. Et sic pfco ewang
patet ex pfcone sacrificij. pt qd dr Hebr
9. Xpc assistens pontifex futuroz bonoz
p amplius et pfcius. 4o ondit pfco legis
ewangelice qntum ad prepta iudicialia q inducit
ad obsuanciam legis no p timore pene sz
p amore iusticie. quod est ppium pfcoz. ut
sup dcm est. pt qd lex noua dr pfcus fm qd
dr Jac. 1. Qui aut pspexerit in lege pfce
libertatis etc. Item quia nullum innocentem
punit nec aliqd malu impunitu relinq.
quia et vba ociosa punienda ondit. ut sup
dcm est. et no solummo vba ociosa sz etiam
malas cogitaciones. fm qd dr m. 5. Ego
aut dico vob q quicuq viderit mulierem ad
concupiscendum eam iam mechatus est
in corde suo. pt qd lex noua est lex pfca.
de quo pt exponi illud Cant. 6. vna e
columba mea pfca mea. Dr em lex noua
columba mistice. q est sn felle amaritudis
q nullu innocentem puniens. dr et pfca
q nullu nocentem pmittens impunitum. et
sic appz pfco legis ewangelice qntum ad legis cere
qd continet mandata. Sz lex noua p
fca est qntum ad finem legis. qui quidem finis
est vita bta. ad quem finem immediate inducit
lex ewangelica. qd no potuit lex vetus n tm
in figura. pt qd dicit aplus Hebr. 12. Non
accessistis ad tractabilem ignem. i. corporalem et
visibilem. sic accesserunt in monte Synai. sz
accessistis vos. i. credentes in xpo ad Syon montem
ciuitatem dei viventis celestem ierlm et mil
toz milium angloz frequenciam et pmitiuoz
que conscripte sunt in celis et iudicem om
dem. et spm scoz pfcoz. pt qd dt aplus Hebr
7. Nichil dixit. Nichil ad pfcm adduxit
lex. s. lex vetus. Adimpsit introductio vo
melioris spei p quam pximamus ad deum
s in lege noua. pz i. expedit. q lex noua
est pfca qntum ad cognicom fidei. qntum et
qntum ad ipm corpus legis. et qntum ad eius fine.
Ista aut pfco figurata est 3o r. 6. vbi dici
tur pfca est domus dni in omi ope suo
lex em noua pt vocari dni domus dni
quia huius domus ipe est edificator. q lex
noua ab ipo data est immediate. no at lex
vetus fm qd dr Hebr. 1o. Multiphariam

et multis modis olim deus loquens patribus in prophetis novissime vero diebus istis locutus est in filio sibi consubstanciali et eterno ut ibidem subditur. Dicitur eciam lex nova domus domini quia ipse est inhabitator quia in sacramento et sacrificio nove legis scilicet eukaristia continet totus christus realiter. Regum i dicitur perfecta est domus domini in omni opere suo quia perfecta est lex nova in cognicione fidei in preceptis moralibus in sacrificiis et sacramentis iudicialibus et perfecte introducit ad finem legis scilicet beatam vitam que est finis legis finis et perfectio 2^m prius. Tercio principaliter ostendit in verbo prescripto ordo utriusque scilicet legis et ewangelii cum dicitur Cum venerit hoc evacuabitur illud In quo advenientem ewangelio lex ostendit evacuari Ubi ostendit ipse ordo legis et ewangelii scilicet ordo temporis dignitatis et virtutis prioritate vero temporis lex vetus prior est quam vetus quia erat quedam disposicio ad novam in quantum per eam retrahebant homines ab ydolatria et tenebant sub cultu unius dei et sic disponebant ad susceptionem ewangelii et hoc est quod dicit apostolus Gal. 3° prius autem quam veniret fides id est lex ewangelii ubi habetur fides explicata sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem que revelanda erat in nobis prioritate autem dignitatis est econverso ut quod dicit apostolus Gal. 4° Comparat duo testamenta duobus filiis abrahe quorum primus origine secundum carnem natus 2us autem scilicet ysaac per repromissionem et fidem Ut quod prior fuit dignitate Unde lex nova prior est veteri testamento ordine efficacie et virtutis quia obligacio illius legis cessit adveniente ewangelio secundum quod dicitur Gal. 3° At ubi venit fides iam non sub pedagogo sumus id est sub lege que erat pedagogus noster in christo ut ibidem dicitur quia lex evacuatur adveniente ewangelio Considerandum tamen quod huiusmodi evacuantur precepta moralia legis et cerimonialia et iudicialia. Ad cuius intellectum considerandum quod quando fit mutacio a contrario in contrarium oportet terminum a quo totaliter evacuari Sicut quando ex albo fit nigrum albedo tollitur quando autem ex imperfecto fit perfectum non tolli totaliter terminus a quo sed tamen eius imperfectio sicut quando ex minus albo fit magis album non tollit albedo precedens sed eius imperfectio.

Ulterius considerandum quod quando corrumpit terminus a quo corrumpit per accidens illud quod est ei adiunctum ut in materia tamen termino ad quem suo habeat ad ipsum contrarietatem non tamen manet idem numero sed specie sicut quando de aere fit ignis manet qualitas simbola Cerimonialia id est cerimonialia primo quantum contrarium nove legis cultui Ad cuius intellectum sciendum quod cerimonialia sicut dictum est ordinantur ad cultum divinum secundum quod dicit Augustinus enchiridion 3° c^o Deus colitur fide spe et caritate loquendo de cultu interiori legis cerimonie que sunt quedam protestaciones cultus interioris debet concordare cultui interiori qui est per fidem et caritatem Est autem triplex status hominis Unus in quo habent fides et spes de bonis celestibus et de hiis per que ad ipsa introducimur scilicet de misteriis christi et de utroque sicut de futuris et hic est status veteris testamenti. Alius est status in quo habet fides de bonis celestibus sicut de futuris sed de hiis per que introducimur ad celestia scilicet de misteriis christi habemus fides sicut de presentibus vel futuris et hic est status nove legis. Tercius status in quo utrumque habent tamquam presencia et evidencia et nichil creditur et hic est status patrie celestis In hoc autem statu 3° ubi nichil creditur nichil erit cerimoniale vel figurale ad cultum divinum pertinens secundum quod dicitur Apoc. 21° Templum non vidi in ea dominus deus omnipotens templum illius est. Primo ergo adveniente statu 2° scilicet nove legis cerimonie primi status id est veteris legis cessare debuerunt et iudicialia que querent statum nove legis in quo bona celestia expectabant de futuro sed bona celestia christo habita sunt de presenti et ideo cerimonie veteris legis significabant christum venturum seu futurum dignum est quod evacuarentur in nova lege in qua misterium christi iam est presens et hoc est quod dicit apostolus Hebr. 7° Translato sacerdocio necesse est ut legis translacio fiat quantum scilicet ad cerimonialia tamen significacio tamen expectata quia non significabat misterium christi venturum directe sed devocionem populi ad christum non autem debet esse minor devocio ad ipsum iam presentem exhibitum quam erat tunc ad ipsum venturum propter quod in nova lege manet christi sacra per quam designatur misterium eius et ipsius populi devocio Moralia ut precepta cerimonie et iudicialia evacuantur tantum secundum quod quantum ad imperfectionem Cuius racio est quia sunt de dictamine racionis

et io manent quantum ad substantiam precepti remota
in imperfectione sicut patet in ca. 4o. Ubi potius preceptis
moralibus addit perfectio que non intendebat
a iudeis esse sub precepto ut ibidem dicitur Audistis
quia dictum est antiquis non occides etc. Et supple
illud quod sequitur Ego autem dico quod omnis qui
irascitur fratri suo etc. Et eadem modo in prohibicione
mechie posito precepto addit prohibitio interioris
concupiscentie ut ibidem dicitur Audistis quia dictum est anti
quis non mechaberis et sequitur Ego autem dico vobis
Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam
mechatus est in corde suo. Et sic intelligitur est
de aliis. Et sic patet quod moralia precepta legis veteris
non evacuantur quantum ad substantiam legis sed solum quantum
ad imperfectionem propter quod dicit apostolus i Cor. 13o
Cum autem venit quod perfectum est evacuatum est quod ex
parte est. Status autem veteris legis comparatur
puero secundum quod habetur Gal. 3o lex pedagogus
noster fuit. Pedagogus autem dicitur ductor pueri
Status autem nove legis comparatur viro perfecto et io
sicut manet idem homo quantum ad substantiam in pueri
cia et virili etate remota imperfectione pueri
cie sic est de moralium preceptorum evacuatione
Iudicialia autem precepta evacuantur 2o modo quia
adveniente lege gratie cessat eorum obligatio possent
tamen aliquis princeps ordinare quod servarentur
in regno suo ita tamen quod non reputaret ea esse ob
ligatoria ex lege moysi Ratio autem predicti est quia
iudicialia precepta per se et directe non erant ordi
nata ad significandum aliquid futurum sicut erant ceremo
nialia sed erant ordinata per se et directe ad ser
vandum ordinem iusticie in populo iudaico quia
tamen status illius populi erat totus figuralis ut
patet ut dicit apostolus i Cor. 10 Omnia in figura con
tingebant illis propter quod et precepta iudicialia
illius populi erant figuralia sed ex consequenti Et io si
aliquis servaret ea ex hoc quod sunt tunc instituta
hoc esset dicere quod status ille adhuc duraret
quod est erroneum et illicitum Si tamen aliquis
princeps vellet ea de novo instituere posset licite
Considerandum tamen quod in lege nova inserunt quantum
ad eorum rigorem quia erant magis observanda
ex amore virtutis quam ex timore quia lex no
va est lex amoris propter quod dicitur prima Iohannis 4o
perfecta caritas foras mittit timorem Et sic patet
expediter quod omnia legis precepta aliquo modo
evacuantur per christum propter quod dicit apostolus Ro. 3o alloquens
iudeos in lege gloriantes Ubi enim gloria
tua o iudee qui in lege gloriaris ut supra
premiserat ca. 2o exclusa est evacuata
Et per quam legem factorum vocat lege veterem
legem factorum Nulla autem res excludit seipsam
nisi evacuat se Sed per legem fidei vocat
legem novam legem fidei quia sic dictum est
evacuat et excludit legem veterem Patet
igitur tria predicta in verbo primo notata scilicet imperfectio
legis mosaice perfectio legis christiane et ordo vt
iusque. Ad materiam autem sequentem et rectorum
evidentiam queritur utrum hec epistola sit pauli
et arguitur primo quod non quia in hac epistola non
tenetur modus scribendi qui est in aliis epistolis
pauli premittendo scilicet nomen suum et explanatus
officium ut patet quod dictum est Item quia elegantior est stilus
in hac epistola quam in aliis Additionem est co
stituendo et usus erat in qua allegatur
ista epistola tamquam ab apostolo scripta Iudeo
dicendum quod propter rationes predictas ab aliquibus fuit
opinatum quod hec epistola non esset pauli apostoli
propter quod aliqui dubitabant et dicebant
quod erat epistola Clementis pape et mirus et mo
uebant adhoc quod ipse scripsit atheniensibus
epistolam quasi per omnia similem Alii vero dicebant
quod erat epistola luce evangeliste et movebantur ex hoc
quod ipse scripsit eam primo grece ut dicitur in prologo
Alii autem dicebant quod erat Tertuliani qui
fuit propinquus ipsi apostolo. Sed modo indubitanter
tenetur quod sit epistola pauli quod probatur multipliciter
Primo auctoritate ecclesie cuius est talia dubia de
clarare In synodo autem Nicena recipit ecclesia
istam epistolam tamquam ab apostolo scriptam 2o
hoc idem probatur per auctoritatem antiquorum doctorum
et potissime beati Dionisii qui fuit discipulus
beati pauli apostoli Iste autem in scriptis suis alle
gat dicta huius epistole tamquam dicta pauli magistri
sui 3o hoc probatur ex auctoritate Crisostomi super
epistolam istam dicentis quod paulus ipsam scripsit
Rome existens postquam enim Rome biennio fuit
propter appellationem factam ad Cesarem de quo
habetur in actibus apostolorum habuit licentiam ut
transeundi in hyspaniam et iudeos ibi vidit
et postea romam rediens de illo loco
hanc epistolam eis scripsit ut dicit Crisostomus.

Quarto patet propositum ex hiis que dicuntur ultimo c. huius epistole videlicet quod missa fuit epistola per Thimotheum qui fuit filius spiritualis Pauli apostoli. Quinto arguitur hoc idem ex zelo apostoli ad salutem iudeorum de quo zelo dicitur Ro. 9°. Optabam anathema esse pro fratribus meis qui sunt cognati mei ex quibus Christus est secundum carnem. Et dicitur Ro. 2°. Quamdiu sum apostolus gentium ministerium meum honorificabo si quomodo ad emulandum carnem meam i. iudeos ut salvos faciam aliquos ex eis. Et ideo non est aliquo modo probabile quod Paulus scripsit iudeis ad eorum salutem qui tot alia scripsit aliis gentibus pro salute eorum. Nulla autem alia epistola Pauli dicitur scripta iudeis nisi ista ergo etc. Sexto probatur propositum ex zelo Pauli apostoli ad evangelicam veritatem ex quo zelo reprehendit Petrum manifeste ut habetur Gal. 2°. Nunc autem ita est quod sicut iudei sunt contrarii evangelice veritati predicande ad conversionem fidelium sic maxime fuerunt eam scribi ad confutationem heresim insurgentium ut patet quia Iohannes evangelium suum incepit a nativitate Christi eterna quia videbat heresim Ebionitarum insurgere qui dicunt Christum ante Mariam non fuisse. Paulus autem apostolus vidit ipse suo tempore heresim Nazareorum insurgere qui dicunt esse necessariam ad salutem veterem legem et novam. Cum invaluit hoc dampnum ita quod et Petrus aliquo modo offendit in observatione legalium propter quod Paulus ei restitit in faciem ut dictum est. Et ideo non est verisimile quod Paulus apostolus aliquid scriberet conversis de iudaismo ad confutationem huius erroris. Hoc autem fit in hac epistola ut patebit domino concedente. Et ideo tenendum est indubitanter quod illa epistola ab apostolo Paulo fuit scripta. Ad primum in contrarium patet solutio in prologo. Non enim erat apostolus iudeorum sed gentium ut ipse dicit Gal. 2°. Creditum est michi evangelium prepucii sicut et Petro circumcisionis etc. Et ideo non scripsit in hac epistola que dirigebatur iudeis nomen sui officii, similiter nec nomen persone quia ipse erat odiosus iudeis ut patet in actibus apostolorum in multis locis. Propter quod epistola fuisset minus recepta ab eis si nomen Pauli fuisset ibi positum. Ad secundum dicendum quod est elegantior quia quilibet elegantius loquitur linguam propriam quam alienam. Ipse autem Paulus scripsit hanc epistolam solum hebraice et loquitur ideo magis ornate. Sed contra hoc insurgit unum dubium quia per missionem spiritus sancti habuit donum linguarum secundum quod habetur i Cor. 14°. Gratias ago deo meo quod omnium vestrum lingua loquor. Dona autem spiritus sancti perfecta sunt ergo ita perfecte loquebatur aliis ydiomatibus sicut hebraicum. Dicendum quod donum linguarum datum est apostolis ad predicandum fidem Christi omnibus populis. Et ideo datum est hoc donum apostolis prout sufficiebat ad efficaciam predicationis. Ad hoc autem non multum facit ornatus verborum sed aliquando magis impedit. Unde dicit apostolus i Cor. 2°. Sermo meus et predicatio mea non in persuasibilibus humane sapientie verbis etc. Et ideo non est mirum si Paulus habuit aliquem ornatum verborum in hebraica lingua ex consuetudine quem non habuit in aliis. Habuit in omni ydiomate in quantum valent ad efficaciam predicandi.

Incipit Epistola Pauli ad Hebreos. Sequitur Capitulum primum

Multipharie et multisque modis. Sicut predictum est apostolus scripsit hanc epistolam aliquibus conversis ad fidem Christi de iudaismo volentibus servare legalia cum evangelio quasi non sufficeret gratia Christi ad salutem. Et ideo in hac epistola ostendit eminentiam novi testamenti respectu veteris ostendens quod vetus comparatur ad novum sicut dispositio ad formam et sicut imperfectum ad perfectum quod evacuatur et cessat adveniente perfectione ut dicitur i. Cor. 13. Dividitur autem hec epistola in duas partes in prohemium et executionem. Secunda ibi Qui cum sit splendor. In prima autem parte ponit excellentiam novi testamenti respectu veteris ex tribus videlicet ex tempore, ex legislatore et ex modi tradendi diversitate. De tempore tangitur in hoc quod vetus testamentum olim fuit traditum. Novum autem diebus istis novissimis etc. Ratio huius perficit natura quod ideo simile est processus gratie sicut et nature suo modo. Natura autem in cognitione naturali processus est de cognitione confusa et indeterminata ad determinatam et perfectam ut patet i° phisicorum. Ipse enim dicit ibidem quod pueri in principio vocant omnes viros patres et omnes feminas matres postea distincte cognoscunt. Et similiter est in cognitione spirituali quia in veteri

testamento fuit cognitio imperfecta In novo autem
quod postmodum est datum veritas est manifeste reve
lata. Excellencia autem legislatorum ostenditur
quia licet utrumque testamentum sit a deo datum vetus
tamen tradidit per angelum qui loquebatur moysi in
persona dei ut habetur Act. 7. hic est moyses
qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo qui
loquebatur ei in monte Sinai Novum autem tradidit
deus per seipsum quia per filium incarnatum qui est
verus deus cum patre Et hec excellencia novi
testamenti a veteri tangitur cum dicitur Deus olim
loquens patribus in prophetis In novo autem testamento
locutus est nobis in filio Excellencia autem ex
modo tradendi. est vetus testamentum traditum
obscure sub velaminibus et figuris Novum autem est
traditum lucide et aperte et hoc notatur cum dicitur
locutus est. i. plane et sensibili voce et humana
ut Joh. 16. dictum fuit ipsi christo ab apostolis Ecce nunc
palam loqueris et proverbium nullum dicis Vetus dicitur
per sinia multipharie i. per diversas figuras
et velamina in sacrificiis et sacramentis et huiusmodi
que erant figure corporum que facta sunt tempore christi
multisque modis quia aliis fit revelatio per visionem
corporalem sicut daniel 5. Apparuerunt digiti manus
scribentes in pariete Aliis per visionem in celestibus im
sicut dicitur de david in prologo super psalmos olim deus
loquens i. ex antiquo vel ex multo tempore pauliatim
asscrescendo essent homines in cognitione misteriorum
incarnationis et veritatis que per christum facta dicitur Joh.
1o. patribus in prophetis quibus angeli revela
bant occulta divina et ipsi ulterius populo denuncia
bant novissime diebus istis i. tempore gratie et veri
revelate. locutus est nobis in filio i. per filium incar
natum quem constituit heredem universorum quantum
ad naturam assumptam a christo quia natura humana a
filio assumpta est in unitate suppositi cum ipso constitu
enda est super omnem creaturam per quem fecit et
secula quantum ad naturam divinam pater enim operatur
per filium sicut per artem. Unde secundum Aug. filius
est ars omnipotentis dei plena racionibus omnium vive
ntium Secula sunt vicissitudines et spacia tempo
ra a patre per filium non solum facta sunt incor
ruptibilia et eterna sed et corruptibilia ¶
Qui cum sit splendor Hic ponit excercicio in
qua illud quod premissum est. s. eminencia

novi testamenti a vetere Et quia deo
utriusque testamenti ex parte temporis manifestum est ideo
hic dimittit tamquam manifestum Sed 2am
probat et declarat s. eminenciam ex parte le
gislatoris et per quas alia eminencia est
declarata que est ex modo tradendi Ideo ex
cercicio huius epistole dividitur in 3 partes quia primo on
eminenciam datoris novi testamenti 2o ostendit
qualis et per que attendendum est ipsi legis
latori et nove legi 2a pars incipit in prin
cipio undecimi capituli i. Est autem fides Circa
primum advertendum quod vetus testamentum est tra
ditum per angelos ipsi moysi et per moisen
sacerdotibus et per sacerdotes populo et ideo primo
ostendit eminenciam christi legislatoris nostri
respectu angelorum 2o respectu moysi 3o sacerdotii veteris
testamenti 2a pars incipit 3o capitulo Unde fratres 3a
4o capitulo Omnis pontifex prima adhuc in
3 quia primo prefert ipse christus angelis 2o
concludit quanta reverencia sit exhibenda
doctrine nove legis 2a incipit 2o capitulo propterea
prima adhuc in 3 quia primo excellenciam
christi ostendit et quod ab ea deficiunt angeli
2o probat utrumque per scripturam veteris testamenti
ibi Cui enim dixit aliquando Excellencia autem
christi tangitur in 4or primo quia est patri coeternus
2o quia consubstantialis 3o quia equalis est in potestate
4o quia equalis in dignitate Ab istis autem
deficiunt angeli Coeternitas autem tangitur ibi
Qui cum sit splendor Filius enim procedit
a patre ut splendor a sole qui splendor est
soli coevus et esset eternus si sol esset eternus
Sed non solum dicitur filius splendor sed splen
dor glorie quia gloria est clara noticia cum
laude Filius autem procedit a patre sicut noticia
de noticia quia filius est sapiencia genita
ideo dicitur splendor glorie Consubstancialitas autem filii
ad patrem tangitur ibi Et figura substancie eius et
cetera hic figura pro imagine Filius enim est
ymago naturalis ipsius patris Homo autem est
quasi ymago artificialis propter quod dicitur magis
ad ymaginem dei quam eius ymago sicut
aliter est ymago regis in filio suo naturali
et aliter in denario seu statua Filius igitur
in divinis est ymago naturalis et ideo dicitur ymago

vel figura substantie eius i. essentie
substantie cum patre et quia illa est indivisibilis
per quod est eadem substantia numero in patre et filio
Non sic autem eadem est in se tamen Equalitas
aut potentie tangitur ibi Portansque omnia verbo
potentia enim patris ipse in diversis primo
in entitate producitur et conservatur subito
enim eius influentia in nichilum redigeretur
Et quia pater et filius sunt una essentia
et ideo est ei conformis per omnia sicut et pater
Et hoc est quod dicitur portansque omnia i. conservans
et sustentans in esse verbo virtutis sue i. suo
imperio virtuoso quod sibi dicere est facere. Et ipse
dei potentia in iustificatione impiorum quod non
minus est iustificare impium quam creare celum
et terram secundum Augustinum. In hoc vero filius est equalis
patri et hoc est quod subditur purgationem peccatorum
faciens Equalitas autem dignitatis filii
ad patrem tangitur cum dicitur sedet ad dexteram
maiestatis in excelsis Quia si hoc refertur
ad divinam naturam eadem dignitas est patris
et filii sicut eadem natura Si autem referatur ad hu-
manam naturam sic non est ibi equalitas quia
secundum illam est minor patre dicitur tamen etiam secundum
hoc filius sedens ad dexteram patris per modum
cuiusdam associationis maiestatis humana natura
dicitur verbo iuncta Et sic eadem veritate verbi
vel aliter dicitur sedet ad dexteram i. in potio-
ribus bonis Et quia in 2a parte premisit conclu-
sionis ampli definit ideo concludit de christo
tanto melior angelis effectus quanto differentius
prae illis nomen hereditavit quia ipse dicitur
verus deus et deus consubstantialis patri. Ipsi autem
dicuntur servi. Cui enim dixit Hic autem probat de
christo quatuor predictas conditiones concludendo eas
ab angelis et primo probat hoc de consubstantialitate
2o de equalitate potentie i. Et tu deus in principio
3o de eternitate i. Ipsi peribunt 4o de dignitatis
equalitate i. Ad quem autem etc. primum vero probat
per 4or auctoritates veteris testamenti 2a ponitur ibi Et
rursum 3a ibi Et cum 4a ibi Ad filium autem
Ad evidentiam primi advertendum quod ea que
sunt fidei non possunt efficaciter comprobari
quia excedunt facultatem intellectus
nostri et ideo probatio in talibus de fide per auctoritatem

divinam que non potest continere falsitatem et ideo per
ipsam est efficax probatio illis qui recipiunt
eam ut divinam Iudei autem recipiunt veteris testa-
menti sicut a deo datum et ideo probatio ex ipso effi-
cax est quia procedit per auctoritates veteris testamenti
ulterius considerandum quod licet sacra scriptura habeat mul-
tiplicem sensum non tamen habet efficacem argumentum
nisi per sensum litteralem ut dicit Augustinus in epistola ad vinc-
entium donatistam quia in argumento ex eo esset fallacia
equivocationis vel amphibologie propter sensum multi-
plicem Sciendum est quod auctoritas ab apostolo inducta intelli-
gitur ad litteram de christo quod patet per illud quod habetur Actuum
4o capitulo ubi apostoli qui habuerunt intelligentiam scrip-
turarum per receptionem spiritus sancti exponunt illum psalmum
Quare fremuerunt gentes etc. de christo dominum sicut
patet litteram intuenti Et per consequens hec auctoritas que
hic inducitur ab apostolo de illo psalmo intelligitur. Et etiam
littera psalmi quia ibi dicitur Ego hodie genui te
quod non potest de david intelligi sed de filio dei cuius
generatio non transit in preteritum item per hoc quod ibidem
subditur Dabo tibi gentes hereditatem tuam et
possessionem tuam terminos terre quod non potest
intelligi de david cuius regnum non se extende-
bat ad terminos terre sed tantum in iudeam que est
una terra Hoc etiam dicunt antiqui doctores
hebreorum super psalmum illum quod est de christo intelligendum
sic plenius dicitur super librum psalmorum hoc
supponens tamquam manifestum illis quibus
scribebat quia erant edocti in lege et prophetis
dicit Cui enim dixit aliquando angelorum Filius meus
es tu ego hodie genui te quasi dicat nulli quia angeli
non sunt eiusdem nature cum deo et per consequens non possunt
dici eius filii proprie loquendo sic nec antichristum
dicitur filius naturalis Item licet eorum creatio posset
dici quedam generatio large tamen de ipsa non potest
exponi illud quod dicitur Ego hodie genui te quia
eorum creatio fuit a principio mundi et ideo transierit in
preteritum et ideo non potest dici verbum presentis nisi
de dei filio cuius generatio non transit in preteritum Et
sic probata est consubstantialitas patris ad filium magis
naturalis et eternalis ab eo gignitur et genitus est
Ex quo etiam indemptitas nature in utroque sunt in
se et per consequens indemptitas naturalis quia natura divina
non est multiplicabilis Et rursum Hic probat
hoc idem per aliam scripturam que habetur 1 Paralipomenon
22o que licet sit dicta de salomone tamen dicitur

de eo prout fuit figura xpi et io de xpo in
telli ad litteram. Id aut intellectum sic. q n
pt esse figura alterius nisi in se sit res alig
Illud enim qd nichil est non pt alicuius figure
et ideo res que est figura vel signum alic
pt triplr considerari. Uno modo ut res tm. Alio
ut signum alterius. 3o ut res et signum simul.
Sic aulus pendens in tabernam pt consi
derari prout est tortus rotundus. 2o ut signum
vendicionis vini tm. 3o utroq mo. Eodem mo
dicendum est de salomone qui fuit figura xpi in
hiis que alij conueniunt ipi salomoni scdm
se. et talia exponenda sunt de ipo ad litteram
et nullo modo de xpo. ut q depinatus p mulieres
sub est ydolatrie et similia. Aliqua aut dicu
de salomone prout fuit figura xpi tm et talia
exponenda sunt de solo xpo ad litteram sic
illud qd habet ps. 62. Et dnabit a mari
usq ad mare et a flumine usq ad terminos
orbis terre qd no pt dici de salomone
cuius regnum fuit satis puum sz tm de regno
xpi qui est lapis abscisus sn manibus
et impleuit vniuersam terram. Dan. 2o Et
in ps. pdco sub noie salomonis describi
monarchia xpi. vn hoc pz p illud quod
sequitur in eod ps. Cu solem pmanet no
bis. Et illud quod ibi dr. Adorabunt
de ipo semp. que soli xpo conueniunt et no
salomoni. Aliqua aut dicunt in scriptura de
salomone vtroq mo scdm se ut est figura xpi.
Et talia sunt illa que impleta sunt in vtroq
ad litteram. In xpo tm pfectius. In salomone minus
pfecte. Et talia exponit ad litteram no soli
de salomone sz ecia de xpo. et pfectius q de ipo
salomone. huius dicti auct est auctoritas pdca p.
paralip. 22o. Quia salomon fuit filius dei
adoptiuus p gratiam saltem in pri regni. Pter
qd nathan pphta vocauit eum amabilem
dno. Xpus aut est filius dei naturalis que fi
liacio est pfectior. Et io p hanc filiacionem p
bat aplus excellentiam filij ad pcem cum
dr. Ego ero illi in patrem &c. Dato eciam q
hec auctas no posset exponi ad litteram de
xpo. sz tm scdm sensum misticum. tn eam bn in
ducit aplus ad suum ppositum licet enim auctoritas
expresso no habeat de scriptura p sensum misticum.

ut supra dictum est. Pter qd ex solo sensu
mistico non est arguendum. tamen
si prius habeat auctoritas in sensu litterali ad pro
bandum ppositum. bn pt alia auctoritas ad
iungi in sensu mistico ad id declarandum de
consimilibus. et hoc est qd dicit Aug. in
epla ad vincencium donatistam. Quis aut
impudentissime mitteret aliquis in allego
ria positum pse adduceret. n habeat certa
testimonia quorum luce illustrent obscura
Dicit i. auctoritas pdca inducit ab aplo que
nient ad suum ppositum. Sed contra hoc vi
quia ibi loquitur p modum futuri. Ego ero
illi in patrem. Filiacio aut filij dei eterna
est. et p hoc no competat aliqd futurum
sic nec transit in pteritum ut supra dictum est.
Dicendum q loquitur de filio incarnato. Incarnacio
p tunc futura p quam humana natura erat
ad filiacionem eternam assumenda. et quia
hec assumpcio facta est virtute diuina. io bn dr
Et ipe erit mihi in filium. q.d. virtute mea
fiet. Et cum iterum. Hic ad ppositum ostendendum
inducit aliam scripturam assumptam de 1o
ps. Dns regnauit exultet terra &c. Ad
cuius euidenciam considerandum q magister dicit
in glosa. q dauid fecit hunc psalmum
qn restitutum est ei regnum post mortem
absalon. Et dicit hunc esse titulum ps.
psalmus dauid. qn terra restituta est ei.
et scdm hoc exponendus est ad litteram de
dauid. sz dicendum magistri no vr verum. primo q
in hebraico iste psalmus ponitur sn titulo.
2o quia tituli sunt quasi claues ad intelligendum
ea que in ps. dicuntur. psalmus at iste non
loquitur de regno dauid. sz solum de regno
xpi. qn pfecte ei omnia subicient. qd erit in
iudicio. Et io hic psalmus ad litteram est ex
ponendus de regno xpi. et hoc est quod
dt paulus. Et cum iterum introducit primogeni
tum in orbem terre dicit. et adorent
eum &c. i. cum p scripturam sacram intro
ducendum ipm ad regnum in orbem terre
pdicit. Ex quo pz q hec scriptura no loqui
de aduentu xpi primo. q tunc venit in humili
et io tunc dixit. Regnum meum no est de
hoc mundo. Joh. 16o. Sed loquitur hic scriptura
de 2o aduentu qn veniet in gloria et nubibus

et manifestatur ut dicitur Matthei 24 et Danielis 7 Ecce
cum nubibus celi quasi filius hominis ve-
niebat et usque ad antiquum dierum pervenit
Et sequitur Et dedit ei potestatem et honorem
et regnum potestas eius potestas eterna que
non auferetur etc. Et de ipso in illo honore con-
stituto dicitur Adorent eum omnes angeli dei
Sed in nostra secundum sensum Adorate eum omnes
angeli eius Apostolus enim non sic curavit al-
legare scripturam de verbo ad verbum sed suffi-
ciebat eis accipere sensum Probat autem scrip-
tura ostendit sufficienter quod in Christo sit divina na-
tura nulla natura adoranda a tota natura angelica
nisi ut superior id est divina Et ideo ex quo [illegible]
scriptura hic ostendit quod filius est ab omnibus
angelis adorandus et per consequens ostenditur quod ipse sit
deus et per consequens ostenditur deo patri equalis
quia divinitas est indivisibilis secundum quod dicitur Exo-
20 Audi Israel dominus deus tuus unus est Et
Et ad angelos quidem dicit etc. quod pertinet
ad naturam angelorum exprimit per scripturam
dicens Qui facit angelos suos spiritus et mi-
nistros suos flammam ignis quasi dicat licet
angeli tante excellentie sint quod sint spiritua-
les non tamen idem sunt quod deus sicut filius
sed sunt servi et ministri non solum ipsum co-
lendo sed etiam nobis propter ipsum quandoque ministrando
Veruntamen quia suum ministerium in deum refert
ideo in hoc dicit sicut flamma ignis que
semper ascendit in altum Ad filium autem
hic adducit quintam auctoritatem ad probandum
suum propositum que sumitur de psalmo 44 Adver-
tendum considerandum quod moderni iudei
ne cogantur recognoscere divinitatem Christi ex-
ponunt hunc psalmum de assuero et dicunt quod
iste psalmus factus est a mardocheo sed hoc patet falsum
primo per psalmi titulum quia non intitulatur a mar-
docheo sicut aliqui psalmi intitulantur
ab asaph qui eos fecit scilicet in titulo psalmi
72 et in pluribus aliis locis Iste autem psalmus
intitulatur a david scilicet in hebraico Hoc
etiam patet per litteram psalmi sequentem quia iste
rex de quo habetur psalmus habetur tamquam deus
adorandus secundum quod ibidem dicitur Concupis-
cet rex decorem tuum quoniam ipse est dominus deus
tuus et adorabunt eum Et in translatione Ieronimi

sic habet Et adora eum Si quis autem ista verba
dicerentur de assuero rege sequeretur quod mardocheus
induceret totum populum et potissime ad ipsam
hester ad quam diriguntur verba premissa secundum
expositionem eorum ad adorandum assuerum Sed
quod mardocheus patet falsum quia in eodem libro dicitur quod no-
luit genuflectere coram aman ne honorem
dei transferret in hominem Hoc etiam patet per translationem
caldaicam super psalmum istum que autentica est
apud hebreos ubi enim nos in hoc psalmo sic habemus
Speciosus forma pre filiis hominum diffusa est gratia
in labiis tuis Caldaica sic habet Pulchritudo
tua messia maior quam filiorum hominum datus
est spiritus prophetie in labiis tuis Ex quo patet
expressius quod auctoritas que hic inducitur de illo
psalmo intelligenda est ad literam de Christo Hoc supposito
probat per hoc Christi divinitatem et per consequens eius ad patrem
equalitatem et distinctionem in persona que ibi dicitur
Thronus tuus deus in seculum seculi etc. Et sic
patet quod Christus est deus unctus a deo patre un-
gente quia filius dei in humana natura unctus
est plenitudine gratie ut tamen non possint esse
plures dii ut supra dictum est Ex hoc sequitur equalitas
patris et filii Cetera que sunt in textu patent
Et tu in principio domine Hic quinto probat equalitatem
potentie in filio et in patre et breviter transit
quia probato quod Christus secundum naturam divinam sit equalis
patri per consequens sunt probate alie tres condiciones scilicet
equalitas potestatis et deitatis et dignitatis
Potentia autem dei relucet potissime in creatione re-
rum de nichilo et earum conservatione Et hoc non solum
convenit deo patri sed etiam eius filio qui est eter-
nus cum ipso ideo dicit apostolus Et tu in principio domine terram
fundasti et opera manuum tuarum etc. id est tu deus pater
fecisti terram de nichilo et conservas in stabilitate
Et hoc exprimit per hoc quod dicitur fundasti Et quia
nulla creatura est inferior ipsa terra sicut in domo
illud dicitur fundamentum quod est infimum Sed quia
in hoc opere filius convenit cum patre tamquam eiusdem
potentie ideo dicit In principio id est in filio sive per filium
per quem operatur pater sicut per artem suam ut
supra dictum est quod autem filius dicatur principium patet Iohannis
8 ubi Christus iudeis querentibus ab eo tu quis
es Respondit principium qui et loquor vobis Et opera
manuum tuarum sunt celi Nam licet divine

methaphorice dicu͞r opus sine potencie. Non
mittunt aut hic celum et terra que sunt
opera manuum ut p hoc intelligunt creatē
medie quia omīs creatū a pre et filio sil
est pducta et ꝯseruata. et sic pz equalitas
potencie. Ipi peribunt. Hic qnto pbat aplus
filii pri coeternum. Ad cui⁹ euidenciam sciēd
q sic tpus sequi motum et mutatiom. solus
aut deus immutabil est p omem modum
Ideo ipe solus mensura etnitate eo mō quo
potest mensura. Et at in omi creatu sit aliq
mutabilitas pz quia angeli sunt mutabiles
scdm actu intelligendi et volendi. loquendo de cog
nicione et affecce volicoe nali. Sunt ec mutabiles
de esse ad non esse. Sed non dimittunt
a diuina conseruacōe. Sūt celi supiores. hoc 2°
mō sunt mutabiles et tn hoc mutat qm
ad situm. Celi aut inferiores sunt ignis et
aer cum istis modis mutacionu sunt mobiles
qm ad alteracōm et gnacōe. et p qns alia
elementa et mixta ex eis. In omi aut motu
et mutacōe est aliqua corrupcio scdm phm
i phī° 4 et scdm Aug⁹. Status aut mūdi mu
tabit in fine. qz celū cessabit a motu. impleto
numero electorum. ad quem mundū finalit ordinat.
et p qns gnacō et alteracio in elemtis que ex
elemta p ignem conflagracōis purgabunt. Et io
sic dūm est tam in celesti corpe q in elemtis
est mutacio. et sic p qns pibunt quomodo
in statu in quo modo sunt. Et hoc est qd dt.
Ipi peribunt id est celi supiores. s quia non
corrumpunt qm ad sbam. io sequit. Et velud
amictum mutabis eos id est. Sic eni cessante fri
gore. mutat vestis que erat cont frigus miua
Non quidem tnc mutat sic vestis q corrumpat.
s quia frigus cessat. Sic celi et elementa dicu͞r
mutari. qz motus celi et alteracio eloꝝ que
sunt ppt gnacōm ut s. implecō numero eloꝝ. q.
impleto cessabunt. manente tn sba celoꝝ et
eloꝝ. Deus aut solus omo est immutabil
ut iam dcm est. io ꝯcludit. Tu at idem ipe es
s p omem mod immutabilis. et p qns. Et
anni tui no deficient. id est duracio tua. no est in
duracōe diuina sic aliq succesio. sic est in an
nis. s quia etnitas diuina in se simplicissima
non pt apphendi a nobis n p ꝯparacōm ad tpr.

et p qns ꝯo ꝯpetunt tpis eam exprimim⁹.
Ex hoc pz coetnitas filii ad prem. qz ex
hoc sunt vni⁹ scie ut sup pbatum e. Sed
q tpis est vnu esse et eadē immutabili
tas. et p qns eternitas. Ad quem aut
hic pbat aplus equalitatem dignitat
in xpo p auctem ps. 109. qui psalmus
intelligendus de xpo est ad lram. Ad cui⁹
euidenciam ꝯsiderand. qz iudei aliq modni
dicebant ipm intelligi de Abraham. et q
Eliezer ei⁹ dispensator fecit illum psalmu
ad reddend gras deo de victoria quam
abraham habuit cont illos reges qui cap
tiuabant loth nepotem suu. scdm qd hr Gn.
14°. Sed hoc pz falsum ex titulo psalmi. qz
no intitulat ab eliezer. s ab ipo dauid.
Ideo dicunt alii qz est psalmus fcus a dauid
no tn lo de xpo. sed de angelo ut sit sensus
Dixit dns dno meo. id est deus celi angelo
me custodienti. sed hoc pz falsum. quia infra
dr. Tu es sacerdos inetnu. qd no pt intelligi
de angelo dauid. qz sacerdociu no ꝯpetit an
gelis. Et io dicm q ad lram ps fcus a
dauid loquitur de xpo. hoc pz p translacōne
caldaicam. quia ubi hem⁹ Dixit dns
dno meo. Caldei hnt. Dixit dns vbo suo. et
sim p illud quod sequit. Ex utero an luciferum
genui te. id est ego sba mea an omem creaturam.
hoc aut no pt ꝯpete n soli dei filio qui
solus est vbum dei. Hoc id est psup pz. q aps
hn inducit auctem hui⁹ psalmi ad pband
equalitatem dig in xpo. et deo pre. introdu
cens vbum dei pris ad filiu dei dicant
sibi. Sede a dextris meis. id est equalitate dig
mee. habeas. sic psalmus referri ad xpm
scdm litteram. nam sic sup expositum est
bod cº. Ex. Donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuoꝝ. Hoc at erit in
iudicio futo. qn omnia subicient pfecte xpo
xpo. qm ad execucōm. qz qm ad auctem
omnia ei iam sunt subiecta. Sed de hoc
plenius videbit infra. Sed insurgit hic
dubiu. qz vr q xpus no debuit sedere
ad dextram pris inetnu. s tm ad tempus
determinatum in quo omnia sunt ei subicien
da. qz vr importari p hoc adubiu donec. Dicm

q hoc donec tene ali finite qn. signt
tim illi cui adiungit sic in d. Sede hic
donec veniam. sps est q in adventu mco
finiet sessio tua. Alii tene indeterminate
et sic non signt term ymacom. sic in de
iste no penitet de pccis suis donec vixit
sps est q nunq penituit nec penitebit q
post morte no est locus pnie. Isto 2o mo
poni hic adverbium donec cu d. Sede a
dextris donec ponam io. Et io sps est q nunq
assessit sede ad equalitatem dei patris.
Hec aut eqlitas no cpetit angelis. io
subdit aplus Nonne omes sunt amistra
tory spus. q. d. sic. In artificibus enim
videmus q aliqui pripiunt inopibus sic
architectores et pncipales. alij exequut
impata sic inferiores artifices in arte
pratices. tn isti omes dicut artifices ut the
1o methaf. Sic in angelis aliqui dicut
deo assiste. aliqui at exequi impata. tn
omes dicr amistratores vl amistratorij
spus i. spuales sbe. in ministerium missi. Su
piores em angeli mittunt tn missione
interiori medios et inferiores illuminando in
feriores aut mittunt ad aliqua erga nos
exequenda et mittut missione exteriori
et sic pz q omes sunt in ministerium missi
licet dissimode. Illud aut ministerium exer
cent angeli pter salute electorum ut na
turam que est inferior reducant in deum
p angelicam. tamq p superiorem pter
qd subdit. pter eos qui hereditatem capiunt
salutis. Scdm dyonisium enim. hec e lex divi
nitatis ut infima p media reducantur
ad suprema

Capitulum Secundum

Propterea habundantius. postq aplus in ca
precedenti declaravit eminentiam xpi
hic qnt ex hoc ondit quanta reveren
sit exhibenda legi nove ab ipo date. Et
circa hoc duo facit. q primo ponit quandam
comparationem. 2o cofirmat ipam. i. Non em
cum sapit. tlis est lex vetus fuit data
ab angelis in mediatore ut dem est ca lo
precedenti. et tn fuit suscepta a ppto israhel
cum revent magna. Scdm qd pz exod. 19
ubi dr q ppls cum susceptom legis
p duos dies vestimenta sua lavit et a uxoribus
ex uxoribus continuit. ut esset paratus die 3o
ad legem revent suscipiendum. Sub illa
lex fuit diligent observata. quia eius transgres
sores puniebant morte. g multo fortius lex
nova que data est aplis immediate a xpo qui
est dns angelorum et mediantibus aplis
mdo divulgata pdicatom et confirmatom
miraclorum. suscipienda est cu reverencia et di
ligentia observanda. et transgressores illius
magis punient. hoc est io q dicit aplus
Propterea i. pter excellentiam legis nove a
xpo date habundantius oportet observare nos
p̃ramos ea que audimus a xpo et ab aplis
ne forte pefluamus. Fuit em homo pena
torlem. Scdm qd dr Re 2o Quasi aque dila
bim in terram que no revertent. Sic illi effunt
pcuspam et pefluit peram dampnatom
quod contingit non observantibus xpi legem io
bn dr ap. Ne forte pefluamus. i. eterna dap
natom incurramus. quod pbat ant p legem
veterem que est minoris auct. d. Si em qui
p angelos dictus est sermo. i. firmus inuict
ad custodiendum et omis prevaricatio. i. transgres
sio legis p pctm omissionis qd est cont pcep
ta affirmativa accepit iustam mercedem retribu
i. penam debitam scdm qualitatem et qntitatem
crimis ut z in veti testamento in mult locis. Sic
ita est quomo nos sz katholici effugiemus
penam debitam si tantam neglexerimus salutem
i. si non obedientes fuimus legi nove in qua
sola est salus vite eterne q. d. nullo mo. Et quam
ondit aplus qualr hec lex nova pimo data
est aplis et p aplos publicata. d. Que sz
lex nova cum initium accepisset enarrari per
dominum qui aplis i. xpm eam dedit ab eis qui
audierunt a xpo et ab ipis aplis et alijs dis
in nos confirmata est per pdicatom ipo con
testante deo i. cofirmante eorum pdicatom per
miracula varia et multa. Et sic dr m. ultio
dno cooperante et sermoe cofirmante sequentibus
signis. Sic em ea que subsunt roi cofirma
p hoc qd ad pria pse nota reducant. Ita sic
ea que excedunt facultate intellectus
humani cui bi sunt credibilia. sufficient con
firmat qn ad testimo tlis dotrine miracula

facultatem totius entis excedentia a deo penetrant. quia cum deus non possit esse testis falsi, per hoc sufficienter ostendit quod talis doctrina mentem continet veritatem. et hoc est quod dicit hic: Primo confirmata est secundum lex evangelica contestante deo confirmante ipsam signis et prodigiis etc. variis miraculis. Ad cuius intelligentiam sciendum est quod miracula per que confirmata est ista doctrina evangelica sunt multiplicia. Quia aliqua sunt que possunt fieri per naturam quantum ad substantiam facti non tamen quantum ad modum fiendi, sicut sanatio febris. Aliquando fit virtute nature et aliquando virtute medicine naturam adminiculante et hoc non est miraculum quia habet causam naturalem. Cum autem sanatur febris ipse sit in instanti hoc non potest esse nisi virtute divina sicut socrus petri sanata est a febribus a christo luce iiii° capitulo. et talia miracula vocantur hic signa. Alia autem sunt que non possunt fieri per naturam nec quantum ad substantiam facti nec quantum ad modum fiendi, sicut est illuminatio ceci et sanatio leprosi et talia dicuntur hic prodigia. et dicitur prodigium quasi procul a digito id est aliquid remotum ab operatione vel cognitione humana que est supra naturam simpliciter et quantum ad substantiam facti et quantum ad modum fiendi. Alia autem sunt que non excedunt naturam sed contra naturam videntur esse, sicut quod virgo materia manens virgo pariat et quod huius unum corpus per corpora absque corporis divisione transeat. sicut ipse christus intravit ad discipulos suos ianuis clausis et consimilia et talia dicuntur portenta et dicitur portentum quasi in longum protensum vel extensum ad denotandum magnitudinem. Talibus autem confirmata est fides christiana ut hic dicitur de signis et prodigiis etc. Et non solum istis sed et variis virtutibus et spiritus sancti distributionibus. virtutes hic dicuntur fides spes et caritas quas virtutes deus dedit predicatoribus nove legis. Distributiones autem spiritus sancti sunt divisiones gratiarum que date sunt apostolis ad edificationem ecclesie sicut donum linguarum et prophetie et consimilia de quibus loquitur apostolus i. Cor. xii°. ista enim non dantur predicatoribus ecclesie ex suis meritis sed ex divina liberalitate. ideo subdit secundum suam voluntatem. Non enim angelis. hic consequenter apostolus confirmat dictum quoniam scilicet quod magis obediendum est legi nove date a christo quam legi veteri date per angelos quia dominium christi maius est quam angelorum. Propter hoc dicendum sunt quod primo ostendit dominium christi esse maius

dominio angelorum preceptorum. secundo exponit eam de christo ibi: Cum autem. Ad evidentiam primi notandum quod duplex est status orbis unus qui est primus secundum generationem et corruptionem secundum eorum multiplicationem. Alius status erit post iudicium in quo cessabit omnis talis transmutatio. Nunc autem ita est quod licet sit idem orbis quantum ad substantiam nunc et post iudicium non tamen est idem secundum statum ut visum est. et ideo orbis quodammodo duplicatur secundum istam diversitatem status. Ita quod dicitur orbis presens secundum statum qui erit usque ad iudicium. Dicitur autem orbis futurus secundum statum qui erit post iudicium. Orbis autem secundum statum presentem subiectus quodammodo angelis ipsis quia ministerio eorum moventur corpora celestia et per quos transmutantur ista inferiora per ipsos et illuminant homines de divinis. omnia autem ista cessabunt in iudicio et ideo orbis futurus non erit angelis subiectus sed ipsi christo. quia tunc omnia erunt ei plene subiecta non solum quantum ad divinitatem sed etiam quantum ad humanitatem ut magis videbitur infra. Dicit igitur: Non enim angelis subiecit deus orbem terre futurum, id est orbem secundum futurum statum, de quo hic loquimur. quia de hoc statu intendit apostolus loqui. qui autem orbem secundum illum statum subiciat christo probat secundum scripturam dicens: Testatus est autem in quodam loco etc. Hic autem loquitur in genere quia scriptura hec nota erat illis quibus scribebat et sic scriptor eius. Quid est homo quod memor es eius etc. verba sunt ipsius david annunciantis exaltationem humane nature in ipsa incarnatione et ipse dicit Quid est homo scilicet quid modicum est et quasi nichil respectu divine et angelice nature. et tamen memor es eius ipsum mirabiliter visitando et tibi uniendo in incarnatione. ideo sequitur: Minuisti eum paulominus ab angelis quia natura humana sic exaltata in ipsa incarnatione fuit postea minorata ab angelis in ipsa passione quia angeli non sunt passibiles etc. Secundo: Gloria et honore coronasti eum etc. quia per meritum passionis obtinuit gloriam corporis quod ante passionem etiam tamen non fuit gloriosum sed passibile et mortale ad implendum nostre redemptionis misterium. Et quia exinde auctoritative sunt ei omnia subiecta secundum quod

m. vel dicit apostolus post resurrectionem suam da
ta est mihi omnis potestas in celo et in terra
ideo sequitur Omnia subiecisti sub pedibus
eius id est Verum quia non omnia sunt ei
subiecta experientie sed hoc complebit perfecte
in iudicio scilicet Nunc autem in tempore moderno
quod erit usque ad iudicium nec dum vi
demus omnia subiecta ei secundum quantum ad ex
ecutionem Eum autem Hic quinto exponit
predictam scripturam de Christo et dividitur in duas partes
quia primo ponit expositionem suam 2º removet
quandam dubitationem ibi Decebat
enim Exponit igitur primo autem predictam
eo modo quo exposita est in parte precedenti
Eum autem qui modico quam angeli mino
ratus est id est ihesum christum qui minoratus
est plusquam angeli in passione ut dictum est
videmus ihesum sic minoratum propter pas
sionem mortis id est ex merito passionis gloria
et honore coronatum Differt tamen honor
et gloria Quia honor est exhibitio reveren
tie in testimonium virtutis que si fiat in secreto
vel coram paucis dicitur honor Sed gloria
proprie dicitur talis honor clarus exhibitus coram
multis unde secundum Ambrosium Gloria est clara
notitia cum laude et ideo dicit videmus ihesum
gloria et honore coronatum quia per fidem
sciunt tenemus ipsum exaltatum coram mul
titudine animarum supernorum et hoc ex merito
passionis ut dictum est Et quia hoc non
fuit solum ex meritis nostris sed ex divina gratia
et liberalitate ideo sequitur ut gratia dei pro
omnibus gustaret mortem et dicit pro omnibus
quia licet eius passionis efficacia se
non extendat nisi ad iustos eius tamen
sufficientia extendit se ad omnes Decebat enim
Hic quinto removet quandam dubium ex pre
dictis ortum Dixerat enim primo cap. quod christus
peminet angelis sic dictus filius suis
et in hoc cap. dixit quod in passione fuit
minoratus ab angelis et illud 2m vi
repugnare primo Ideo quia removens hanc
repugnantiam apparentem ostendens quomodo
christus sit maior angelis et auctor nostre
salutis ut convenienter passus est Et hoc osten
ditur ratione prima autem ex parte dei patris passionem

filii ordinantis 2a ex parte filii per redemptionem
nostram passionem sustinentis ibi Qui enim sanctificat
3a ex parte humane nature redemptione indigentis
ibi Nusquam angelos Prima ratio talis est Deus pa
ter est efficiens et finalis omnium et per quod habet provi
dentiam de omnibus de ducendo eam ad finem
debitum Sed speciali modo habet providentiam de electis
qui deducit ad beatitudinem supernalem propter
quod predestinatio que est respectu electorum tamen dicitur que
dam pars specialis ipsius divine providentie ut patet
Omnium ergo tamen deus pater omnia convenientissime
faciat quia disponit omnia suaviter ut dicitur
Sap. 8o per quod redemptio electorum per quam facta
est modus autem convenientissimus est ut christus
qui est verus homo et verus deus in humana
natura passus est ut sic non remanet dedecus
culpe sine decore iustitie Et qui per culpam suam
fuerit a deo reducatur per penam Convenientissim
autem erat quod hanc penam sustineret iste qui est
deus et homo ut sic puniretur homo qui peccavit
et satisfaceret deus qui potest quia offensa per
mi hominis qui infirmitate continebat Hanc
autem sententiam breviter tangit apostolus dicens
Decebat enim eum id est deum patrem propter quem
omnia sunt finaliter ut dictum est et per quem
omnia sunt qui multos filios in gloriam adduxe
rat id est ad gloriam adducere ab eterno disposuerat
et loquitur hic de effectu predestinationis que non potest
falli mediante deum patrem consummare id est ad finem
nostre redemptionis adducere auctorem salutis
eorum id est ihesum christum qui est auctor salutis electorum
per passionem quod passio sua fuit conveniens modus
nostre redemptionis ut visum est Qui enim sancti
ficat Hic ponit 2a ratio que autem ex parte christi
penam sustinentis et est talis christus enim secundum
humanam naturam est eiusdem speciei nobiscum et per quod
caro nostra et sic non Et ideo sic convenit nobis
in natura passibili ita conveniens fuit ut conveniret
nobiscum in passionibus carnis et per hoc
nobis impassibilitatem daret hoc est igitur
quod dicit Qui enim sanctificat id est christus et qui sancti
ficantur id est populus fidelis ex uno omnes id est ex uno
patre licet dissimiliter quia ipse est filius dei
naturalis Nos autem sumus filii adoptivi propter

quam carnis i. propter cognacionem innatam et filia
cionem per graciam non confundit i. non erubescit fratres
eos vocare i. istos fideles quos vocat fratres
dicens ps. 21. Narrabo nomen tuum fratribus
meis. Ille enim psalmus loquitur de passione xpi.
unde ibidem premittit Foderunt manus meas et pe
des meos. quod non potest intelligi de david nec
de mardocheo de quo dicunt iudei moderni
illum psalmum debere intelligi. Ex quo patet eorum
stultitia. quia nec mardocheus nec david
fuit sic confossus. Et ideo illa scriptura ad literam in
telligenda est de xpo qui post passionem suam
resurgens et mortuis nunciavit nomen patris
fratribus suis i. apostolis. Et iterum Ecce sciendum
quod in medio apostolorum et aliorum discipulorum stetit
et per quadraginta dies eos de lege docuit
ut habetur act. 1o ca. Et iterum ego ero fidens in
eum. hec scriptura loquitur de certa expectatione
remunerationis sue quam expectabat xpus a deo
patre. Et iterum hic quartum ponit aliam auctoritatem
que habetur ys. 8o. ad idem probandum scilicet quod xpus
debuit participare naturam in passionibus cum
nobis et vocat nos pueros suos. et per consequens
omnes nomine participes cum ipso. Et autem ista
auctoritas ysaie intelligatur de xpo patet per illud quod
ibi premittit. Dominum exercituum ipsum sanctificate
Et infra sequitur Et erit vobis in sanctificationem
in lapidem offensionis et petram scandali
duobus domibus israel. qui gentibus recipi
entibus xpm iudei propter magnitudinem partem scandalisati
sunt et excecati. Et sequitur ibidem Liga testimonium
signa legem in discipulis meis. quia lex evangelica
data est a xpo ipsis apostolis et aliis
discipulis. et tunc sequitur illud quod hic ponitur Ecce
ego et pueri mei quos mihi dedit deus. hic
pueri vocantur fideles karitate dati ipsi filio a
deo patre. secundum quod ipsemet dicit Ioh. 17. Manifestavi
nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. tui erant
et mihi eos dedisti. Hoc i. supposito arguit apostolus
dicens quia ergo pueri communicaverunt carni et sangui
ni i. fideles communicaverunt xpo in natura passibili. et ipse
similiter participavit eisdem i. passionibus carnis
hoc enim fuit decens ut per mortem suam destru
eret eum i. dyabolum qui habebat mortis impe
rium etc. habebat enim dyabolus mortis imperium

quia ex persuasione sua humana natura
deducta est ad mortem culpe et ex consequenti
ad mortem nature quia per culpam humana
natura incurrit moriendi necessitatem. Et liberaret
scilicet ipse xpus a servitute legis eos qui timore
mortis i. per legem veterem que data fuit.
quia erat lex timoris. dicitur est timore
mortis quia pena mortis infligebatur per
omne tempus vite obnoxii i. obligati
erant servituti. Abstracta autem servitute cui
eramus obligati per legem. liberavit nos
xpus per suam mortem. Nusquam enim angelos
hic ponitur 3a ratio que causa ex parte humane
nature redemptione indigent. Nam indigens
redemptione est natura intellectualis subiacens
peccato remissibili. Cuius ratio est quia natura carens
intellectu nec potest peccare. et per consequens non indi
get redemptione. Sicut natura humana ante
lapsum non subiacebat peccato. et ideo redemp
tione non indigebat. licet indigeret producenda
ad beatitudinem luce supernali. Natura etiam
angelica post lapsum licet subiaceat
peccato. tamen non indiget redemptione. quia illud
peccatum est irremediabile. Nunc ad tertiam
quod natura humana assumptibilis est a verbo
ad opus redemptionis ut satisfaciat natura
que peccavit. et ideo natura humana assumpta est
a verbo. et non angelica. et hoc est quod
dicit hic apostolus Nusquam enim angelos ap
prehendit i. nullo loco sacre scripture invenitur
ut naturam angelicam a supposito divino assumam
sed semen abrahe apprehendit i. naturam huma
nam sibi univit. sicut positum est supra
per scripturam veteris testamenti. propter hoc sequitur
unde et debuit. scilicet ipse xpus per omnia fratribus
similari i. quantum ad defectus nature passibilis.
quia illa faciunt ad opus nostre redemptionis
non tamen debuit similari eis quantum ad defectum
culpe quia hec non valent ad opus redemp
tionis nostre sed magis impediunt. sequitur ut misericors
fieret. per hoc enim quod habuit naturam passibilem
habuit quandam aptitudinem ad compaciendum
nobis et fidelis pontifex ad deum scilicet propi
ciatorem et causa offerendo pro nobis ut repro
piciaret delicta populi. pro eis satisfaciendo

In eo enim in quo passus est ipse, id est, natura
in qua passus est, que est natura humana
et temptatus primo a demone in deserto,
postea ab hominibus in sua passione,
potens est et eis qui temptantur auxi-
liari, id est, conveniens in qua passus est et tem-
tatus secundum aptitudinem et promptitudinem
ad resistendum nobis auxiliando in passionibus
et temptationibus nostris. Advertendum
huius quod dictum est in hoc articulo et precedenti quia licet
utrum omnia subicienda sint Christo secundum huma-
nitatem in suo statu et ante primo quod non
quia creatura intellectualis subiciatur Christo
per conformitatem voluntatis ad ipsum. Sed
dampnati et angeli mali numquam ei sic confor-
mabuntur quia habebunt voluntatem
resistentem ei quantum poterunt, ergo numquam ei subi-
cientur. Item si angeli sunt ei subiecti, aut
hoc erit ratione nature aut ratione gratie. Non ratione
nature, quia natura humana in Christo est inferior angelica
natura, quia Christus secundum quod homo fuit eiusdem
speciei nobiscum. Nec ratione gratie, quia bonis
angelis data est gratia secundum proportionem natu-
ralium secundum quod diffusius tractatur 2° sententiarum,
et per quos in eis est maior gratia quam in Christo,
quia Christus secundum humanam naturam inferior est
angelis sic ut dictum est et secundum huma-
nam est receptio gratie et non secundum divinam
q° di. Contrarium videtur in littera, quia dictum est
quod Christo homini subicientur omnia. Videtur
in hac questione sunt errores contrarii.
Unus est error Origenis qui ponit
quod omnia sic subicientur Christo quod demones
et dampnati subicientur Christo secundum conformitatem
voluntatis. Unde posuit quod post aliquod tempus
etiam post iudicium demones et dampnati
nati recipientur ad penitentiam et ulterius ad
gloriam. Sed hic error dampnatur per illud
quod habetur Matthei 24°, ubi uniformiter
describitur eternitas pene dampnatorum et
glorie beatorum secundum quod ibidem dicitur: Ibunt hii
in supplicium eternum, iusti autem in vitam
eternam. Et ideo pari ratione qua dampnati
dicuntur redire a pena, eadem ratione dicetur
quod beati possent cadere a gloria. Alius autem
error negantium Christum esse verum hominem,
quia ad hoc sequitur quod scilicet quod nichil in Christo
subiciatur quantum ad humanitatem. Si enim vera
humanitas non fuit in Christo, nichil subicitur
ei in quantum homo. Hoc autem scilicet ad dictum Arrii
qui posuit quod verbum assumpsit solam carnem
humanam sed non assumpsit animam, quia verbum
supplet locum anime. Et confirmabat dictum suum
per illud quod habetur Johannis 1° capitulo: Verbum caro factum
est etc. Ad hoc autem sequitur quod Christus non sit
homo quia quod aliquis sit homo non solus
animam est implicatio contradictionis cum anima sit
forma hominis. Nec valet si dicatur quod verbum
supplet locum anime, quia non potest supplere
vicem cause formalis materiam perficientis. Modus
autem dicendi destruit se ipsum, quia caro non potest
habere speciem carnis nisi per animam. Et ideo dicere quod verbum
assumpsit carnem et non animam est implicare
contradictionem. Ad illud inconveniens evadendum
dixit alius hereticus scilicet Apollinaris et sui se-
quaces, scilicet quod verbum assumpsit animam sensitivam,
non tamen assumpsit animam intellectivam, quia verbum
supplebat vicem ipsius anime intellective. Et ad
istum sic ad primam scilicet quod Christus non sit homo, quia
homo reponitur in specie humana per animam intellectivam.
Homo enim per intellectum differt ab aliis speciebus
animalium, ut habetur 1° metaphysice. Similiter hec opinio
destruit se ipsam, quia dato quod per animam sensitivam
Christus habuisset carnem, non tamen posset dici quod
haberet carnem humanam sed tantum brutalem, quia
caro non potest dici humana nisi per animam intelle-
ctivam que est forma hominis. Item utraque dictorum
scilicet Arrii et Apollinaris est manifeste contra evangelicam
veritatem et etiam contra veteris testamenti scripturam,
ubi manifeste mentio fit de Christi humanitate vera,
quod esset impossibile secundum eorum dicta. Item utraque
scriptura dicit Christum verum filium virginis secundum quod habetur
Matthei 1° et Ysaie 7°: Ecce virgo concipiet et pariet
filium etc. Hoc autem non esset verum nisi Christus esset
eiusdem speciei cum ipsa virgine et per consequens verus
homo. Multe etiam alie vie possent impugnari
predicte hereses, sed propter prolixitatem vitandam ad
tempus obmitto. Omnino dicendum igitur secundum veritatem fidei
katholice quod Christus sit verus homo et verus deus.
Dico ad questionem quod omnia sunt subicienda ipsi
Christo etiam secundum humanitatem, quia quod sunt ei omnia subiecta

sm dignitatem non est dubium propositum ostendit triplici via prima accipitur ratione unionis quanto enim aliqua creatura est ipsi propinquior ipsi primo principio tanto est sublimior sicut patet quia corpora celestia possunt quanto ipsis generabilibus et corruptibilibus et ista generalia et corruptibilia sunt eis subiecta propter hoc dicitur 1o metheororum quod necesse est mundum istum contiguum superioribus lationibus ut omnis virtus eorum gubernetur inde Et autem ista inferiora magis distent a primo principio patet per philosophum 2o de generatione ubi dicitur Et ista inferiora corruptibilia sunt propter longe distare a primo principio patet in assumpta propositione quia in corporibus quanto aliqua sunt propinquiora primo principio tanto alia sunt eis magis subiecta Et eadem ratione natura angelica post ipsis corporibus secundum quod dicit Augustinus 3o de trinitate Nunc autem ita est quod natura humana in Christo propinquior est deo quam aliqua natura angelica quia coniuncta est homini deo non solum per unionem rationis operationis sicut angeli beati sed secundum esse ypostaticum quia in unitate suppositi tota natura angelica est sibi subiecta et per quod omnia alia Secundo accipitur ex merito passionis sue quia fuit cum infinite efficacie ratione suppositi quia actiones sunt suppositorum Et ideo licet humana natura esset ratio tollendi passionem et merendi illud tamen meritum erat suppositi divini Nunc autem ita est quod per illam passionem meruit suam exaltationem et per quod meruit exaltari super omnem creaturam Hanc autem rationem tangit apostolus ad Philippenses 2o humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis propter quod et deus illum exaltavit et dedit ei nomen quod est super omne nomen ut in nomine Ihesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum Tertio accipitur ex parte status sue beatitudinis qui recipit ordinem gratie magis quam nature et ideo ubi est gratia maior per quod et digni tas seu excellentia sublimior In Christo autem homine est gratia maior non solum unionis sed etiam singularis persone secundum quod dicitur Johannis 3o quod spiritus est sibi datus ad mensuram non et per quod est excellentior et sublimior omnibus angelis etiam secundum humanitatem et hanc rationem tangit Johannes cap. 1o vidimus eum quasi unigenitum a patre plenum gratia et veritate unigenitum dicitur quia ipse solus filius est naturalis et patris Omnes autem alii beati sunt

filii adoptivi tantum et participative dicti et per quod ei subiecti Considerandum tamen pro solutione argumentorum quod illam excellentiam et dignitatem habuit Christus secundum quod homo ab instanti illius rationis unionis et gratie individuo suppositi sed hoc tamen fuit auctoritative quia illa natura adhuc passibilis fuit et passionibus subiecta Sed post resurrectionem suam habuit eam executive maxime tunc illa natura fuit plena gloria et omnibus angelis preposita ideo tunc dixit apostolus Matthei ultimo Data est mihi omnis potestas in celo et in terra Sed plenarie habebit eam post iudicium quando voluntas eius et sententia implebit in omnibus tam bonis quam damnatis per hoc patet ad argumenta Ad primum dicendum quod licet damnati numquam sint habituri voluntatem Christo conformem tamen erunt ei plene subiecti maxime sententia sue sapientie et voluntatis implebit in eis penam debitam Ad 2m dicendum quod angeli sunt subiecti ratione gratie duplicis scilicet unionis et persone singularis ut dictum est Et talis ordo subiectionis competit statui beatitudinis quod addi quia angeli recipiunt gratiam secundum proportionem naturalium et sic ubi est dignior natura ibi est maior gratia Dicendum quod verum est si comparet natura angelorum adinvicem quia excellentiores in naturalibus fortius gratiam sunt adepti et sic recipiunt a.re gratiam sed non est verum si comparetur natura angelica ad humanam naturam Christi quia gratia non est data ipsi Christo homini secundum conatum liberi arbitrii ipsius in deum quia non accepit gratiam per illum modum sed ab instanti creationis illius anime et unionis in persona divina quod fuit ibidem in instanti ut pretactum est recepit etiam Christo plenitudinem gratie secundum mensuram voluntatis divine et potentiam obedientialem ipsius anime Et sic licet anima Christi sit inferior secundum gradum nature tamen recepit maius donum gratie Capitulum tertium

Unde fratres sancti postquam apostolus declaravit excellentiam novi testamenti ex parte Christi per hoc quod Christus preeminet angelis Hic consequenter ostendit hoc ideo quod excellit Moysen et dividitur in 2 partes quia primo ostendit propositum 2o ex hoc concludit quod magis sit Christo obediendum ibi cavete Prima in 2 quia primo declarat quedam

ſſitudinem 2º ondit ipius xpi et moyſi
excellentiam ibi Amplioris enim gle. Circa
pm aduerto q dulciter alloquit illos
quibus ſcribebat ut mos eorum ad intellm
ſequendum magis alliciat d. Unde fres
ſancti. vocat aut eos fres pter mutu
am caritatem ſcilz qui pt eorum puritatem et
innocente conuerſatiom. qz talia debent reſil
gere in xpi fidelibus vocationis celeſtis pticipes
quia de iudaiſmo erant vocati ad fidem
katholicam ad quam nullus pt efficaci
ter et meritorie puenire n pr celeſtis eum
traxerit tactu gre ſcdm qd dr Joh. 6. Nemo
pt venire ad me n pr meus qui miſit
me traxerit eum. Conſiderate aplm et pon
tificem confeſſionis nre ihm Dr at ponti
fex qi pontem faciens qz p paſſiom ſua
fecit pontem ut poſſemus venire ad btitudinem
Dr etiam pontifex confeſſionis nre quia no
ſufficit corde credere tm ſz optz etiam cfiteri
ore ſcdm qd dr aplus Ro. 10. Corde credi
ad iuſticiam ore aut cfeſſio fit ad ſalute
qui fidelis eſt ei qui fecit illum i ſpetiam
humanitate xpi Dr etiam fidelis deo pri qz
in omnibus querebat gliam pris et non
ſuam ſcdm qd dt ipemet Joh. 8. Ego gliam
meam no quero &c. Sicut et moyſes fidel
in omni domo illius i in cgregatione fide
lium que eſt domus ipius dei quia inha
bitat p gratiam qz aut moyſes fuit in hac
domo non querens gliam ppriam ſz gliam
dei pz pentathenticum inſpicienti Amplioris
enim gle. hic ondit xpi excellentiore
moyſe qz licet vterqz fuit fidelis in domo
dei que eſt congregatio fidelium principalior
tn in hac domo eſt xpus qz moyſes qz
ille qui fabricat aliquam domum et eam
inhabitat ut ppriam excellentior eſt qm ille
qui habitat in ea ſic in aliena. Xpus at
habitat in hac domo ſic dns et fabricator
ipius quia homines no pnt congregari
in fide n ipo deo hoc faciente. Moyſes
aut habitauit in hac domo tm ſz principa
eſt ipe xpus. et hoc eſt qd dicit aplus
Amplioris enim gle. i maioris dignitatis

iſte i xpus pre moyſe dignus habitus eſt. qd pbat
qnt. d. Quanto ampliorem honorem habet
domus i in domo ille qui fabricauit illam i
edificauit tamqz ſuam ppriam quod vnice de
xpo et no de moyſe ut dcm eſt Et hoc pbat
qnt. d. Omnis namqz domus fabricat i con
paginat ab aliquo. Sic enim ptes domus ma
terialis non cungunt ad inuicem n p aliquem
artificem ea vnientem ita ſiłr domus eccie
no eſt cpaginata ex diuerſis gentibus ſz iudeis
et gentilibus n p ihm xpm qui pt vnire
corda fidelium. pter hoc et dr Joh. 10. Alias
oues habeo que no ſunt ex hoc ouili et illas
optet me adducere et fiet vnu ouile et vnus
paſtor qz aut talis congregatio no poſſz fieri
n a deo pbat qnt cum dicit Qui at omnia
creauit deus eſt. Euſdem aut eſt creare nd
et recreare homines p fidem et gratiam pt hoc
dr Jac. 1º. Voluntarie enim genuit nos vbo
veritatis ut ſimus aliqd initium creature eius Deus at
pr omnia opat p filium qz indiuiſa ſunt opa
trini. et p qns fabricauit domum eccie Non ſic
aut moyſes Et hoc eſt qd dicit Et moyſes
quidem fidelis erat in tota domo eius ſz dei
tamqz famulus in teſtiom eorum que dicenda
erant i legis dande pplo iſrl. Xpus vero tamqz
filius in domo ſua i eam habitat que domus
ſumus nos qz etiam no ſunt parietes materiales
ſz fideles xpi. quia ſic in domo materiali requi
ritur firmitas ſic in xpi fidelibus ad hoc qz ſint
domus xpi i dei requi ſtabilitas fidei pter
hoc ſubdit iſtam cdicom ſi fiduciam et gliam
ſpei uſqz ad finem firmam retineamus Qua
pter hic qnt exponit qz xpo firmiter eſt obedi
endum cncludit Et tm hoc tm facit qz pmo
ad hoc inducit auctez ſcpte exhortatiom 2º
exponit illam ſcpturam i Videte fres 3º exo auc
et exponere pbat ſuam intentiom ibi Timeamus
4º fres. In pmo ſequit cl. pma in d qz pus
in auctē ſcpte quam adducit quedam mo
nitio ponit 2º ad hoc inducit eo. ibi Sicut
in exacerbatione. dicit i pmo ſic Quia xpus
excellentior eſt moyſe ut dcm eſt et io qi ſi
cncludendo et monendo ſcpturam d. Quapropter

sicut dicit spiritus sanctus loquitur per os psalmiste
hodie i. in tpe gre in quo veritas est revelata
tempus enim veteris legis fuit quasi tempus noctis
secundum quod dicit aplus Ro. 13. Nox precessit dies autem
appropinquabit etc. Si vocem eius audieritis
i. ipsius xpi loquentis auditam est vox loquentis
in carne in nra humana assumpta In veteri autem
testamento audita est vox prophetarum eius. secundum quod
dicit Aug. lib. de sermone dni in monte exponens
illud Mt. 4º. Et aperiens os suum etc. Tunc enim
aperuit os suum qui in lege veteri aperiebat ora
prophetarum nolite obdurare corda vestra per inobe
dientiam Homo enim inobediens deo abeo se
avertit et per gratiam ipse ei gratiam suam subtrahit
et quia gratia dei cor mollificat i. per contrarium
ex homine obduratio sic plenius videbitur Sicut
in exacerbatione Hic ponit exemplum de obduratione
antiquorum iudeorum ut habetur Nu. 13. et 14. ubi
dicitur quod exploratores qui missi fuerant ad ex
plorandum terram filiis israel promissam terruerunt
corda populi et in tantum eos onderunt in deserto
voluerunt redire in terram egipti propter quod dominus
iratus voluit eos delere. sed precibus populi in
moysi impedita est perversio populi verumtamen per quin
draginta annos impeditus est populus eius in
ingressu terre promissionis quousque omnes qui egressi
fuerunt de egipto a viginti annis et supra
mortui sunt in deserto nec intraverunt promissio
nis terram propter eorum incredulitatem exceptis du
obus tm. sc. Josue filio Nun et Caleph filio
Jephone qui missi sunt terram promissionis
propter eorum obedientiam et fidelitatem Hoc igitur
est quod dicit hic Nolite obdurare corda vestra sicut
in exacerbatione secundum diem temptationis in deserto
dicitur enim illud peccatum exacerbatio per similitudinem
fructus enim acerbus non est aptus ad cibum et
opponitur maturo ita peccatum illud fuit in oppositione
obstinati quia sic durum est credunt increduli deo
visis tot mirabilibus et signis et ideo dominus
noluit placari totaliter ut dictum est sic fructus
acerbus non acceptatur sed reicitur Et secundum diem temp
tationis quia pluries in deserto temptaverunt deum
ut in decursu veteris testamenti ideo sequitur ubi temptaverunt
me patres vestri dubitando de divina existentia
in eis et querebant semper hoc in ptune signa a moyse.

tamen tunc viderunt dei mirabilia quasi
omni die et longo tempore sc. quadraginta
annis quibus fuerunt in deserto et hoc
est quod dicit probaverunt et viderunt opera mea qua
draginta annis et ideo gravius erat peccatum
incredulitatis ipsorum et magis puniendum
ideo sequitur propter quod offensus fui generationi huic
In psalmo ponit generationi huic propinquius sc. ad
peccatorum infidelitatis ipsorum et inidem dicitur
et dixi semper errant etc. Iste error pro
cedebat in eis ex malicia quia videbant
frequentissime dei mirabilem virtutem in eis
et ideo dubitare de ea et eam nescire non
poterant ex simplici ignorantia procedens sed ex
animi obstinatione ipsis innatum. Et ideo
error non extitit sed magis requirit penam
propter quod sequitur Quibus iuravi in ira mea
i. firmiter decrevi irrevocabiliter puniri
eos Dicitur enim deus iratus metaphorice
quia punit quemadmodum irati se habet Circa
aut illa pena sit. subdit Si introibunt
in requiem meam. i. non intrabunt promis
sionis terram que dicitur requies quia in illa
requievit filii israel postea vincens sub
vite sua et sub ficulnea sua. secundum quod habetur
Reg. 3º et 4º in pluribus locis. Et item quia per illa
requiem signata est requies eterne quia ho
requiescit in deo per gratiam. Et requies fini
alis eterne qua requiescit in deo per gloriam Ex
aut in terram promissionis non introierunt
filii israel qui egressi sunt de egipto pro ex
parte quia mortui sunt in deserto propter
peccatum predicte exacerbationis Videte fratres Hic
apostolus exponit predictam auctoritatem et quia in pre
dicta auctoritate tria premisit sc. exhortationem
ad bonum operandum malorum vitandum
et penam pro eis inflictam
timendam Ideo hoc tria facit. quia primo
exponit quod pertinet ad exhortationem 2º
quod pertinet ad malorum vitandum i. Quidam
cum audientes 3º quod pertinet ad penam
inflictam i. Quibus autem offensus Circa
primum dicit Videte fratres. i. diligenter considerate
quilibet in seipso et in proximo suo quia secundum
quod dicitur Eccli. 17º Unicuique mandavit deus

de proximo sito Ne forte sit in aliquo vestrum
cor malum id est voluntas mala Sicut
enim ex corde oritur spiritus et motus in aliis
membris ita voluntas movet omnes poten
cias anime ad agendum incredulitatis
licet enim incredulitas sit in intellectu
sicut in subiecto sic et fides que est eius
oppositum tamen recedere est actus ipsius intel
lectus moti a voluntate et propter quod discede
re dicit enim Augustinus super Johannem Nullus
recedit nisi volens discedendi a deo vivo
Sicut enim bonum anime est adherere deo per fidem
formatam ita malum anime est recedere
ab eo per incredulitatem et infidelitatem
Sed adhortamini vosmetipsos per singulos
dies continue consciencias vestras discuciendo
donec hodie cognominatur tempus gratie
dies per quandam similitudinem propter noticiam veri
tatis quia non erat tempus legis ut supra
dictum est ut non obduretur quis ex vobis
fallacia peccati Hoc autem dicit quia licet
obduretur peccator sit aliquo modo a deo tamen principium
eius est a libero arbitrio inclinante se
ad peccatum ut videbitur participes enim Christi
effecti sumus quia recipientes fidem eius
de plenitudine eius accepimus si tamen initium
substantie eius usque ad finem firmiter teneamus
Unusquisque enim baptizatus in Christo suscipit quandam
novam naturam per fidem formatam quia
fides est substantia rerum sperandarum ut dicitur infra
xi capitulo Et hoc vocat hic initium substantie quod
debemus usque in finem firmiter retinere Dum
dicitur hodie id est tempore gratie Si vocem eius audie
ritis etc. hoc totum supra est expositum
Quidam enim audientes Hic consequenter exponit
quod in auctoritate predicta predixit de culpa exacer
bacionis predicte dicens Quidam enim audientes
exacerbaverunt Quia plures istorum audiens
verba exploratorum incredulus domino voluit
in egiptum redire ut predictum est sed non universi
si qui profecti sunt ab egipto per moysen
hoc dicit propter Caleph et Josue qui non
exacerbaverunt dominum in aliis sed fideles et

obedientes domino permanserunt et sic patet qui pec
caverunt et qui non Quibus autem Hic consequenter
exponit de pena propter culpam predictam inflic
tam et hoc est quod dicit Quibus autem
offensus est quadraginta annis supple deus
puniens eos nonne illis qui peccaverunt quasi dicat
sic et non aliis quod patet per sequentem effectum cum dicit
quorum cadavera prostrata sunt in deserto in pe
nam predicti peccati quibus autem iuravit id est firmiter
decrevit non introire in requiem ipsius id est in terram
promissionis nisi illis qui increduli sunt quasi dicat
aliis non iuravit quia Caleph et Josue qui
fuerunt creduli ipsi introierunt et ideo concludit Et
videmus scilicet per effectum predictum quia non potuerunt
introire propter incredulitatem predictam Ad evi
denciam predictorum queritur utrum obduratio cordis
sit attribuenda homini et videtur quod non quia illud
quod est proprium dei non est attribuendum homini obdu
ratio cordis est attribuenda homini quod dicitur et patet hoc
probatur per illud quod habetur Ro. 9 Cuius vult miseretur
et quem vult obdurat Item idem per sui presenciam
et absenciam est causa contrariorum sicut habetur 2o
phisicorum Nauta enim per sui presenciam est causa salu
tacionis et per sui absenciam est causa periclitacionis
eiusdem Sed deus per sui presenciam est causa molli
ficacionis cordis ergo per sui absenciam est causa ob
duracionis Contrarium patet per illud quod dicit
in textu Nisi enim obduratio cordis esset ab homine
frustra amoneret apostolus dicens Nolite obdurare
corda vestra quia non est inquietus cuius effectum aut
tamen dominus causa huiusmodi tamen obduratio cor
dis est obstinatio hominis in peccato Dicitur enim durum
methaforice ad similitudinem corporis Corpus enim
dicitur durum quia non cedit tangenti sed resistit ut habetur
4o methororum et ad similitudinem huius dicitur cor ho
minis durum seu voluntas quia cor hic accipitur
pro voluntate ut dictum est sed quando non cedit et obe
dit monicioni ad bonum sed magis resistit Talis
autem obduracio est ab homine inchoative et
demeritorie inquantum per liberum arbitrium adheret
peccato et per quod avertit a deo inquantum huiusmodi est
et sic denotat quod deus subtrahit ei graciam suam
Sicut si ipse sol materialis illuminaret hec inferiora
per cognitionem et arbitrii libertatem nisi reciperet

lumen suum ab eo qui se vellet minus iuste ei
ab eius lumine subtrahere. Deus autem consequen-
ter dat hominibus ex cognicione et ex mera
libertate. et ideo iuste eciam retrahit ab eo qui
se primum avertit a deo. Cor autem hominis per graciam
dei mollificatur. et ideo ipsa subtracta obduratur.
Et sic patet qualiter obduracio dicitur simul de deo
et homini attribuitur. quia attribuitur homini inquantum
est culpa. Deo autem attribuitur inquantum est pena
iuste afflicta. Et sic ex predictis patet ad quod et
sequentia exponitur parte inducta. Capitulum quartum.

Timeamus. postquam apostolus induxit auctoritatem
Scripture et exposicionem illius ostendendo quod
Christo est firmiter obediendum. Hic quartum ex
auctoritate predicta et exposicione eius arguit ad propositum.
et dividitur in duas partes. quia primo ostendit quod nobis immi-
net sollicitudo intrandi in requiem celestem.
que per ingressum terre promissionis est signata
et figurata. 2o ex hoc concludit quod debemus ad hunc
festinare ibi Festinemus ergo. Prima in duas. quia primo
arguit propositum. 2o declarat quoddam quod in argumento
erat suppositum ibi Et quidem operibus. Virtus autem
sui argumenti in hoc consistit. Sicut patribus pro-
missa est requies in terra promissionis. ita signifi-
catur nobis promissa est requies eterne beatitudinis.
Omnia enim in figura contingebant illis ut dicitur
prima Cor. 10. Sed illi qui fuerunt solliciti deo se
... fidem et obedienciam introierunt requi-
em illam eciam. ut ex predictis. et non alii. ergo
... si volumus intrare requiem celestem de-
bemus esse solliciti. Dicit igitur Timeamus
scilicet solliciti simus. quia timor sollicitudinem
inducit ne forte relicta pollicitacione promis-
sione divina introeundi in requiem eius. id est in
requiem celestem et estimetur quis ex vobis deesse
sic dicit. quia illa amplecio divine promissionis
nulli deficiat nisi ipse deficiat. Etenim et nobis
nunciatum est scilicet de requie eterna. quemadmodum
et illis qui fuerunt in veteri testamento fuit primo
nunciatum de requie eterna. sed non profuit illis
sermo auditus non admixtus fidei etc. licet
promissio illa fuit omnibus facta. tamen illi soli qui
fuerunt creduli perceperunt promissionis effectum.
et ideo concludit Ingredimur enim in requiem
scilicet celestem qui credidimus in ipso Christo. quemadmodum

dixit ipsis scilicet incredulis Sicut iuravi in ira
mea etc. Et patet ex predicto psalmi. quia sicut
fideles admittunt ad requiem celestem. ita
increduli excluduntur. Et quidem operibus
Hic probat illud quod suppositum est in argumento
videlicet quod requies celestis sit figurata per re-
quiem terre promissionis. et dividitur in duas partes
secundum quod hoc dupliciter probat per scripturam. 2a ibi
Et in isto. Prima probacio talis est. Perfectis
omnibus creaturis in principio mundi dicit scriptura
quod deus requievit die septima etc. Ista autem
requies non potest intelligi requies terre promis-
sionis. sed magis requies per quam deus requiescit
in semetipso. Et hec est requies beatorum. quia
mens humana non potest quiescere nisi in deo. et
ista figuratur per requiem terre promissionis sicut
per ... et veritas per umbram. Hoc est
igitur quod dicit apostolus Et quidem operibus
ab institucione huius mundi perfectis in suis speciebus
et naturis. Dixit enim in quodam loco scilicet
Gen. 1o loquitur transsumptive. quia scriptura
illa erat nota et famosa illis quibus
scribebat De die septima sic scilicet locutus predicta
scriptura Et requievit deus die septima ab
omnibus operibus suis in se ipso quiescendo
Et in hoc stat virtus racionis predicte. quia per
hoc habetur quod est alia requies veri et perfecta a re-
quie data filiis israel in terra promissionis
et per consequens figurata per illam ut dictum est. Et
in isto rursum. Hic ponit aliam scripturam
ad probandum idem. et est probacio talis. Da-
vid rex fuit per magnum tempus postquam filii
israel obtinuerunt terram promissionis sub
Josue et in ea quieverunt. Et tamen ipse determi-
nat quendam novum modum intrandi et deve-
niendi in requiem dicens. Hodie si vocem eius au-
dieritis nolite obdurare corda vestra. Ne per-
veniatis ... sicut patres vestri propter suam incre-
dulitatem. patet igitur ex dicto David quod est alia
requies perfecta. que est quies beatorum figurata
per quietem filiorum israel in terra promissionis.
Nam si Josue dedisset filiis israel perfectam
quietem et ultimatam. David qui per magnum
tempus post eum fuit non hortaretur de novo.

ad ingrediend^m scilicet tocius requiem. hoc e
i. q^d d^t aplus Et in isto versum hoc est in
hoc loco scripture ipius david iam allegate Si
introibunt in requiem meam ps. ppi^o. 110 seq.
Quoniam g^o superest quosdam introire in illam
i. requiem pfectam de qua loqui^r david et
hi quibus prioribus annunciatum est de requie
in terra pmissionis que fuit figura huius non
introierunt ppter incredulitatem illorum ut
expedict / Ideo iterum terminat i. determinat scriptura
sacra diem quendam hoc est tempus aliud
ingrediendi requiem pfectam dicendo in david
hodie si vocem etc. / post tm tpib^s sic supradictum
i. post magnum tempus postquam filii israhel
sub iosue hueret requiem in terra promissio/
d. david hodie si vocem etc. i. in isto tpe qd
vocat hodie r^o veteris testamenti Ergo hoc ps.
q eis loquitur de alia requie quam que fuit
in terra pmissionis ppt quod subdit Nam
si eis i. filiis israel. Jhesus i. Josue requiem
pstitisset i. requiem pfectam et ultimatam dedis
set intrando pmissionis eos introducendo
Nunquam de alia loqueretur i. ipse david non lo
quere de alia requie vel de alio tpe ingrediendi
in requiem post hanc diem i. post illud tpe
in quo iosue dedit filiis israel requiem in
terra pmissionis. Ex quo concludit Itaque re
linquitur sabbatismus populo dei i. requies
pfecta beatorum ubi est dei presencia Huic quidem
quies p quietem terre pmissionis signat
Et illa quies pfecta consistit in fine ultio
pfecte et pura apprehensio. hoc est qd subdit Qui
enim ingressus est in requiem eius et ipse
requievit ab operibus suis sicut a suis deus
hoc est deum qr sic post rerum pduccionem deus
requievit in seipso. sic beati qui requiescunt a la
boribus suis. hnt requiem in deo. ipm per
fruendo licet enim alia sit beatitudo dei et
aliorum loquendo formaliter. quia alius est
actus videndi et amandi hic et ibi. tamen
est eadem beatitudo obiective loquendo. quia
eternaliter et eternaliter vident et amant idem
est obiectum beatitudinis dei et sanctorum Con
siderand^m tamen q beati non requiescunt ab omnibus
operibus generaliter loquendo. qr eternaliter et eternaliter

vident et amant et laudant deum. sed requiescunt
cunt ab operibus laboriosis. sicut qd dicit Apoc. 14°
Amodo iam dicit spiritus ut requiescant a labo
ribus suis Festinemus. Consequenter cum deum esse sollicitos
de ingressu ad requiem celestem Hic concludit
q debemus festinare ad ipm. et dividitur in duas ptes
quia primo hortatur nos ad ipam festinacionem 2°
inducit ad hoc racionem ibi Vivus est enim sermo Primo
g^o dicit sic Festinemus ergo i. q.d. Ex quo ita est
q nos manebit sollicitudo de ingressu requiei
celestis / festinemus ergo ingredi in illam requiem que
festinacio est p fidem dilectionem operantem Ut ne
quis incidat in idem incredulitatis exemplum i. ne in
cidamus in consilem penam in quam inciderunt
incredulitatis veteris legis / qui ppter incredulitatem
suam fuerunt exclusi a requie terre pmissio/
nis pena enim eorum data est nobis in exemplum ne consi
milem requie celesti si fuimus tardi et pigri
ad ingrediendum Vivus est enim sermo Postquam po
suit suam monicionem Hic consequenter ponit sue mo
nicionis racionem. et dividitur in duas p. sicut duas racionem
quas facit 2^a ibi Habentes ergo pontificem prima
ro procedit ex xpi excellencia in natura divinitat/
et est talis Ei qui habet excellenciam divine
nature et bonitatis infinite generalis cognicionis et
supreme auctoritatis / credendum est de implecione sue
pmissionis et p consequens sancte est festinandum
ad ipam obtinendam Sed xpus in natura divina
h^t excellenciam predictam g^o etc. In ista rone sic procedit apostolus
q maiorem ppocionem supponit tamquam manifestam
Sed 2° ponit et eam declarat d. Vivus est e
sermo dei In quo tangit primum sc. excellencia
divine nature in xpo. quia sermo dicitur hic p verbo
vi et in greco sic habetur logos. qd significat idem qd rm
verbum aut in divinis est eiusdem nature cum eo cuius
est verbum Cum igitur xpus sit verbum dei sicut
qd habetur Joh. 1° Verbum caro factum est. sequitur q
in eo sit excellencia divine nature et bonitatis De Vivus
est enim verbum dei qr verbum dei vivit vita
nobilissima. quia eius vivere est divinum intel
ligere. q est rei obiecti nobilissimi Et ppt hoc
concludit phus 12° methaph. Et primum ens sive
deus vivit vita nobilissima et optima.
et sic p^m Cont declarat 2^m. s. q in xpo

sit efficacia virtutis infinite cum subdit Et efficax. Tanta est enim eius efficacia quod se extendit ad omnia secundum quod dicitur Sap. 8o Omnium enim est artifex omnem habens virtutem etc. Sed considerandum est quod virtus aliorum agentium attingit tantum rei sensibilis exteriora. Sed virtus dei tanta est quod attingit cuilibet rei intima quia est rei cuius dans esse et conservans et principium rei cuiuslibet primens et continens propter quod intimior est ipsi rei quam ipsa res. Et ad hoc denotandum dicit Et penetrabilior omni gladio ancipiti i. bis acutum aciem acutam ex utraque parte. et sic non impeditur eius penetrabilitas ex aliqua parte. Simile est de virtute Christi que a nullo potest impediri quin pertingat ad intima rei. Et ad maiorem huius expressionem subdit Et pertingens usque ad divisionem anime et spiritus etc. Anime dicit propter potentias anime que corpori coniunctae. Spiritus dicit propter potentias anime abstractas quibus homo convenit cum substantiis spiritualibus. per hoc vult dicere quod virtus attingit rei intima quantumcumque sint divisibilia. Compagum quoque medullarum. Compages sunt corporis partes nervis alligate. Medulle sunt humiditates intus ossa conclusae. et per hoc vult dicere quod virtus Christi attingit omnia quantumcumque sint ligata et inclusa. Et sic patet 2m scilicet efficacia virtutis. Consequenter declarat 3m scilicet generalitatem sue cognitionis que se extendit ad omnia etiam in particulari quantumcumque sint occulta. et ideo dicit Et discretor cogitationum que soli deo cognite sunt secundum communem opinionem doctorum. et est illud quod dicitur 1 Reg. Deus autem intuetur cor. Considerandum etiam quod licet aliqui doctores dicant ipsam cogitationem esse cognoscibilem parte sub speciali. tamen de intentione cogitationis ipsi concedunt quod est cognoscibilis soli deo. in genere. Si cogitem de muliere dicunt quod hoc potest cognoscere angelus bonus sive malus etiam ex naturalibus. Sed si cogitem de muliere intentione decipiendi ipsam vel ad bonum informandi cognoscit solus deus. Et intentionum cordis quia cognitio Christi non solum se extendit ad ipsas cogitationes sed etiam ad cogitationum intentiones. Sic patet quod Christus cognoscit ea que sunt ad cognoscendum difficillima. Ex quo concludit ulterius quod cognoscit omnia alia dicens Et non est ulla creatura invisibilis in conspectu eius. Et quia non solum videt res in superficie sicut nos tamen videmus hominem vestitum non videmus ea que latent sub veste. sed omnia videt in profundo. ideo subdit Omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius. et sic patet 3m. Consequenter ponit 4m scilicet excellentiam auctoritatis in Christo cum dicit Ad quem nobis sermo. Ipse enim est constitutus iudex vivorum et mortuorum. ideo in manu eius sermonem accipimus quia oportet nos reddere rationem coram deo de omnibus factis operibus et cogitatis. et sic patet 4m. et per consequens patet bonitas premisse rationis quantum ad eius 4or partes. scilicet quod in Christo sit dignitatis excellentia, efficacie, cognitionis et virtutis. et per consequens debemus firmiter ad id quod nobis precipit et promittit. scilicet ingredi in requiem celestem. Habentes ergo pontificem Hic ponit 2m rationem ad idem ostendendum. et accipitur ex parte humanitatis Christi. Et est ratio talis. Christus in sua humanitate habet magnitudinem per quam potest nos adiuvare. habet etiam pietatis teneritudinem per quam paratus est nobis compati et condescendere. ergo secure festinemus ingredi in requiem celestem confisi de eius adiutorio tempore optimo quod est tempus presens quia est tempus gratie. In ista ratione sic procedit apostolus quia primo declarat Christi magnitudinem et secundum suam humanitatem. Dicebatur enim pontifex in lege magnus quia semel in anno intrabat sancta sanctorum in sanguine alieno. ergo multo fortius Christus debet proprie dici pontifex qui intravit celum in sanguine proprio. Item dicebatur pontifex legis magnus quia erat de filiis Aaron. Et multo fortius Christus debet dici magnus qui est naturalis dei filius. nec potest dici filius dei adoptivus. et secundum humanitatem. et hoc est quod dicit apostolus Habentes ergo pontificem magnum qui penetravit celos Iesum filium dei quia ex quo est ita magnus, tenemur confessionem eius ore et opere. eius magnitudinem confitendo et ei obediendo. Consequenter ponit eius teneritudinem in Christo cum dicit Non enim. Christus enim

in carne passibili assumpta pro nobis passus
est in cruce et temptatus in deserto a de
mone. Et ideo ex tali experientia habet
quandam aptitudinem ad compatiendum in
firmitatibus nostris. et hoc est quod dicit apostolus Non
enim habemus pontificem qui non possit com
pati infirmitatibus nostris temptatum
autem per omnia. Considerandum quod licet christus
temptatus fuit in carne passibili sic
et nos. in alio modo. quia ex temptationibus
frequenter in delectationem peccati et consensum in
cidimus. ipse autem nullomodo. Et ideo eius
temptatio fuit sine peccato. et hoc est quod
dicit apostolus per similitudinem absque peccato. quia in simili
carne temptatus sed non simili modo. Et quia
christus habet pietatem et aptitudinem nobis
subveniendi. et hoc propter pietatis sentimentum.
ideo concludit apostolus Adeamus ergo in fide per
dilectionem operante cum fiducia de christi pietate
et misericordia ad thronum gratie eius ut misericordiam
consequamur. ingrediendo requiem celestem
et gratiam inveniamus. sed quia non possumus
ingredi in illam in auxilio optimo
hoc est moderno tempore. cum est tempus gratie
Ad evidentiam maiorem eorum que dicta
sunt circa primum huius capituli queritur. Utrum requies
beatorum fuit figurata per requiem filiorum israel
in terra promissionis. Et arguitur primo quod non. quia
status beatorum figuratur proprie per novum testamentum.
quia novum testamentum medium est inter statum
veteris legis et inter statum beatorum. Et ideo
sicut ea que sunt in veteri lege sunt figura
eorum que sunt in novo. Ita facta novi tes
tamenti sunt figura eorum que sunt in gloria
celesti. Sed illud quod est proprium novi testamenti
non est attribuendum veteri. ergo requies
filiorum israel in terra promissionis non fuit
figura requiei celestis. Item si requies beatorum
fuisset figurata in veteri testamento ibi pro
mitteretur aliquo modo. sed hoc est falsum. quia lex
vetus non potuit illam requiem dare. ut
expediret. et sic promitteret illud quod est sibi
impossibile [illegible]. Item figura debet [illegible] figurato.
sed moyses legislator veteris testamenti
requiem terre promissionis non intravit.

ergo nec lex vetus requiem significat celestem
Contrarium patet in litera. Respondeo dicendum quod duo sunt viden
da. Primum est que sit requies beatorum. Secundo qualiter
figurata fuit per requiem in terra promissionis. Circa
primum sciendum quod requies non aliud dicit quam oppositionem
motui et lassitudini [illegible]. et hoc dupliciter de
ea. primo quia talis requies potest haberi in vita presen
ti sed beatitudo non potest haberi in vita presenti. Secundo quia requies
beatorum idem est realiter quod beatitudo ipsorum. Beatitudo
autem ista est proprie anime secundum partem superiorem
videlicet secundum voluntatem et intellectum. ubi requies
que opponitur motui et fatigationi non habet locum
Et ideo quies beatorum non dicit proprie oppositionem motui
in spiritualibus que movent ad aliquid per amorem
et desiderium. sicut enim moventur amoribus sicut
corpora ponderibus. sicut dicit Augustinus libro confessionum
Amor meus pondus meum eo feror quocumque fe
ror. Et sic quies beatorum consistit in hoc quod appeti
tus eorum totaliter quietatur per adeptionem summi boni
potentis quietare appetitum. Et hoc dicit Augustinus
libro confessionum Inquietum est domine cor meum
donec requiescat in te. Respondeo propter eandem
realiter est quies dei et beatorum. si in [illegible] quies
obiective. quia illud idem est obiectum beatitudinis utriusque
Sed non [illegible] formaliter. dicitur sic creatum et
increatum. sic de beatitudine dei et beatorum dicitur et sic patet
primum. Circa secundum considerandum quod illud quod est significatum
oportet quod sit in se res aliqua. quia quod nihil
est in se non potest aliud significare. et ideo illud quod
est figura alicuius potest accipi triplex. Uno modo ut res
tantum. Secundo ut est figura tantum. Tertio ut res et figura simul
Isto triplici modo invenitur in scriptura aliquid dictum de
requie terre promissionis. quia aliquid dicitur
de ipsa secundum se. Et hoc modo non potest dici figura re
quiei beatorum. Sicut est illud quod scribitur de [illegible]
Infestatus est [illegible] et recuperavit [illegible] quia quedam
in habundantia illius terre fuit occasio violare
Invenitur et aliquid scriptum de ipsa [illegible] est figura
tantum. sicut est illud quod habetur Ezechielis 43o. Fili hominis
locus solii mei et locus vestigiorum pedum meorum
ubi habito in medio filiorum israel in eternum. Et sic
secundum [illegible] est [illegible] de requie celesti
Invenitur et aliquid scriptum de requie predicta in
quantum res erat et figura. sicut est omne illud quod

puritr requiei intrare promissionis filios israel in primo philosophie operacionis quia primum debet precedere medium sicut finis melior est hiis que sunt ad finem. Unde ut ita est quod opera virtutis melior est quam sunt quies illa corporalis que non potuit esse premium proprie virtutis sed sunt quedam bona minus spiritualia in eis promissa. Et sub hoc misterio promissa proprie quies beatorum. Ista autem quies beatorum hic inchoatur per gratiam secundum quod dicitur Luc. 2° in terra pax hominibus bone voluntatis. et consummatur per gloriam. utraque venit nobis per christum ihesum qui est auctor noui testamenti. Et sic patet quod quies terre promissionis sunt signa requiei celestis exhibende nobis per christum. et sic non sunt signum christi immediate sed mediante statu noui testamenti. et per consequens Ad argumenta patet solucio. quia non concludunt nisi quod requies terre promissionis non sunt signa immediate requiei celestis. ut tunc inducenti

Omnis namque pontifex. Capitulum Quintum

Postquam apostolus ostendit excellenciam noui testamenti respectu veteris per hoc quod christus preeminet angelis et etiam moysi per quos datum est vetus testamentum hic consequenter ostendit hoc idem per hoc quod sacerdocium christi preeminet sacerdocio aaron. Et circa hoc duo facit. quia primo ostendit christum esse pontificem 2° ostendit ipsum esse excellenciorem pontificibus veteris testamenti 2° ca. incipit in principio vii ca. Hic enim melchisedech. Circa primum duo facit quia primo ostendit christum esse pontificem 2° increpat eos auditores ... sequitur ibi De quo nobis grandis sermo. Prima adhuc in duo. quia primo ostendit quod requiritur in pontifice. 2° declarat ea in christo fuisse ibi Sic et christus. Prima in 3. quia primo describit pontificis statum 2° sui officii debitum vsum ibi Qui condolere possit 3° debitum consecracionis modum ibi Nec quisquam. Circa primum considerandum quod ille qui constituitur pontifex debet esse homo non angelus. quia debet esse talis ... quod subditi possint ad eum familiariter et secure recurrere. et hoc est quod dicit apostolus Omnis namque pontifex ex hominibus id est de numero hominum debet esse. Verum licet sit similis aliis in natura tamen debet eos precedere in gradu dignitatis et in vita. ideo sequitur assumptus id est ex communi statu hominum super alios elevatus. Et quia non debet querere proprium commodum vel honorem sed subditorum salutem ideo sequitur in hiis que sunt ad deum id est in spiritualibus et in diuinis. Et quia talia debent conferri libere et non coacte et mercenarie ideo sequitur ut offerat dona id est voluntarie oblata non violenter extorta et sacrificia pro peccatis. sed pro ipsis. Qui condolere possit. Hic consequenter describit modum debitum utendi officio pontificali. qui cum sit vicarius christi dei cuius proprium est parcere et misereri ideo debet per compassionem misereri. et hoc est quod dicitur Qui condolere possit hiis qui ignorant id est peccant ex ignorancia et errant id est hiis qui peccant ex infirmitate vel quocumque alio errore. quia infirmitas passionis peruertit iudicium racionis. Debet enim pontifex moueri ad misericordiam circa tales. ex consideracione proprie fragilitatis vnde et deus permisit beatum petrum in peccatum cadere. ut fieret aliis compaciens ex consideracione proprii delicti. propter hoc sequitur Quoniam ipse circumdatus est infirmitate et propterea debet quemadmodum pro populo ita et pro semetipso offerre dona pro peccatis. Unde et in veteri lege determinat proprium sacrificium pro peccato pontificum. Et sacerdos in noua lege dicit in Canone misse Nobis quoque peccatoribus et percuciendo proprium pectus in recognicione peccati sui. pro quo offert sacrificium sicut et pro populo. Nec quisquam. Hic consequenter ostenditur debitus modus assequendi pontificale officium. quia homo non debet sibi ipsum assumere violencia precio precio vel simonie. sed si sibi imponatur humiliter et cum timore debet eam timore suscipere vnde dicit Aug. 19 de ciuitate dei Ocium sanctum querit caritas negocium iustum suscipit necessitas caritatis quam sarcinam si nullus imponit contemplande veritati vacandum est. Et hoc est quod dicit apostolus Nec quisquam sumat sibi honorem sed qui vocatur a deo tamquam aaron. Ille enim a deo vocatur qui modo debito instituitur. Sic et christus. Ostenso quod requiritur in pontifice hic consequenter ostendit illud christo conuenire. et diuiditur in duas partes quia primo declarat propositum 2° ex hoc concludit intentum ibi Appellatus est a deo. Circa primum sic procedit quia primo ostendit christum esse sanctum pontificem a deo 2° agit de eius officio ibi Et quidem ~~tamen esset filius. Prima in duo quia primo probat christum~~

Qui in diebus carnis sue etc. De pietatis
expositio etc. Et quidem cum esset filius dei.
qz primo probat christum pontificatum a deo patre per
duplicem auctoritatem scripture 2ᵃ i Quemadmodum
et in alio loco. Circa primum dicit sic christus
ans suum hoc innuit preti. Sic et christus
non semetipsum clarificavit ut pontifex fieret
sicut ambiciosi et ypocrite ut possint ad
dignitates ecclesie ascendere sed qui locutus
est ad eum scilicet deus pater clarificavit
ipsum christum. Et hoc est intelligendum secundum naturam
humanam. quia natura divina habet eandem
claritatem et gloriam cum patre potest etiam
intelligi secundum divinam naturam. non sic quod deus
pater filio aliquam claritatem vel gloriam dedit
de novo. sed manifestavit divinitatem quam ab eterno
habuerat a patre in tempore per ipsum mundum
propter quod petebat dicens Joh. 17º clarifica
me pater apud temetipsum claritate quam
habui prius quam mundus fieret. Hanc autem claritatem
filii declarat pater. quod sequitur et cetera de ps. 2º
Filius meus es tu ego hodie genui te
et hoc est expositum supra 1º ca. Quemad-
modum et in alio loco dicit Hic ponit indu-
citur aliam auctoritatem psalmi ad probandum
sacerdotium christi ipsi esse a deo. quia est verbum
patris ad filium dicentis Tu es sacerdos in
eternum secundum ordinem melchisedech. Et dicit
eternum ad differentiam sacerdotii veteris
legis. quia illud erat tantum temporale et figurale.
Sacerdotium autem est eternum et ubique quod
nos introducit ad claram visionem divini-
tatis eternam. quod non poterat facere sacerdotium
veteris legis. Additur et alia differentia per hoc
quod dicitur secundum ordinem melchisedech quia
sacerdotium veteris legis fuit secundum ordinem
aaronicum sive leviticum. Sacerdotium
autem christi secundum ordinem superiorem qui figura-
bat tangit tamen dicitur secundum ordinem melchi-
sedech. secundum quod inferius diffuse declarat
cap. 7º. Et ibidem plenius hoc verbum ex-
ponetur. Qui in diebus. Hic ponit agit de
officio pontificatus christi. primo declarans
tempus debitum dicens. Qui in diebus car-
nis sue i. passibilitatis. quia carnem

habuit carnem passibilem sed non peccabilem.
Et illud fuit tempus debitum utendi officio pontificis
offerendi pro nobis sacrificium. 2º tangit modum offerendi
devotissimum dicit preces supplicationesque. Dicit
preces quia apud patrem fecit petitiones dicit supplicationes
quia in orando tenuit modum humilem
et devotum ad eum qui posset eum salvare
a morte faciendo quod non moreretur si vellet. Sed
tamen noluit propter nostram redemptionem adimplen-
dam que per mortem christi convenientissime impleta
est. Salvavit tamen eum a morte. Alio modo sicut ma-
nus eum resuscitando. cum clamore valido
et lacrimis offerens scilicet corpus suum cum precibus
in cruce. Et autem moriens valide clamavit dicit
evangelista. Sed quod ibi lacrimatus fuit non habetur
de evangelio expresse. potest tamen probari. quia Johannis
dicitur. Et christus in morte lazari lacrimatus est ex
pietate. Et magis probabile est quod lacrimatus
fuit in cruce pro totius humani generis redemptione
cum dicitur et Joh. vlº. Et multa fecit ihesus que
non sunt scripta. Et iterum apostolus dicit ipsum
tunc lacrimasse. tenendum est tamen etiam quibus
memorie non sit scriptum. Et quia per ex posita
meriti non sit scriptum. Et quia per expositionem
quia oratio et oblatio christi sua fuit humili modo
devoto et fervente. Ideo merito fuit exaudibilis
et accepta. et hoc est quod subditur. exauditus
est pro sua reverentia et quia utendo officio
pontificis orando pro populo et offerendo summum sa-
crificium tenuit modum devotum et reverentis-
simum. Et quidem Hic ponit ostendit quomodo fuit
maxima misericordia que debet esse in pontifice quia
cum esset deus ab eterno in quantum pati non
poterat ex sua pietate et misericordia qua visitavit
nos oriens ex alto assumpsit humanam naturam
passibilem in qua pro nobis pateretur et ex passionis
experientia ad compatiendum nobis promptiorem apparere
redderetur. et hoc est quod dicit apostolus Et quidem cum
esset filius dei ab eterno quantum ad naturam divinam di-
dicit ex opere in natura humana ex hiis que passus
est obedientiam sed hoc fuit in notitia expe-
rimentali quia in notitia habituali non profecit sed
eam totam ab instanti conceptionis habuit.
Et quia per suam passionem meruit gloriam sui
corporis exaltationem et gloriam aliorum gloriam
sequitur. Et consummatus factus in brevi quod in sua

rone sunt ysta consumata in corpore quia plus
erat passa tam corporaliter Et sic factus est omnibus ob
temperantibus sibi per veram fidem causa salutis
eterne Videmus enim in naturalibus quod illud quod
est perfectum potest sibi facere alterum sibi simile Talis christus magis
perfectissimus est talis tamen ut est magis deus per modum
principalis efficientis et magis homo primo inerit
et instrumenti coniuncti tam in unitate suppositi Aliqua
tamen se habent ad deum per modum instrumenti separati
sicut manus artificis alia est instrumentum eius et alia
serra Appellatus a deo ostenso quod christus habuit perfecte
illa que debent esse in pontifice Hic ostendit
positum principaliter scilicet quod christus appellatus est pontifex
realiter et vere dicens Appellatus a deo pontifex
secundum ordinem melchisedech Hoc autem addit quod
sacerdocium christi non consistit in oblatione bru
torum animalium sicut consistebat sacerdocium leuiticum
sed consistit in oblatione corporis et sanguinis domini
nostri ihesu christi sub specie panis et vini sicut melchi
sedech qui erat sacerdos dei altissimi obtulit
panem et vinum ut habetur Genesis 14o capitulo De quo
grandis nobis sermo ostenso quod christus sit vere pontifex
hic ostendit apostolus animos audientium respectu
sermonis et duo in 2o primo quod primo reddit auditores
attentos 2o dociles in principio 6ti capituli i Circa primum
primo benivolos sed Et hoc faciemus Circa primum considerandum
quod primum auditorem excitat ad attencionem quando doc
tor ei insinuat doctrine difficultatem que quidem
difficultas potest contingi dupliciter Vno modo propter materie
arduitatem Alio modo propter audientium imbecillitatem
ad capiendum et tarditatem vtroque contingit
in proposito quia materia intencionis de qua
loquitur apostolus est valde ardua et difficilis
tamen illi quibus scribebat scilicet iudei erant imbecil
les ad capiendum propter astraccionem carnalia et cetera
et quod dicit apostolus De quo scilicet pontifice nostro
ihesu christo est grandis nobis sermo et interpretabilis
ad dicendum i interpretacione indigens propter materie
difficultatem Et tamen alia causa est quoniam imbecil
les facti estis ad audiendum i intelligendum de quo
eis racionem reddit dicens Etenim cum deberetis esse
magistri propter tempus i propter diuturnitatem temporis
hoc dicit apostolus quia ipsi fuerunt nutriti a iu
uentute in lege et prophetis rursum indigetis
ut vos doceamini que sint elementa exordii sermonum

dei dogmatica enim elementa dicunt
tur que pueri primo discunt et ad similitudinem
huius dicuntur elementa illa que sunt prima et
quasi in fide que quilibet debet scire Con
siderandum tamen quod apostolus non dicit hoc quod velit vos
de talibus instruere ut ipsi perdident capituli
ipsorum sic loquendo possit vos melius excitare
propter quod et ad hoc subdit Et facti estis
quibus lacte opus sit non solido cibo Sicut
enim paruulis datur lac quod est cibus de fa
cili digestibilis et non dantur eis carnes vel
pisces vel alius cibus dure digestionis
Ita similiter nouiciis in fide et simplicibus non
sunt proponenda difficilia in fide sed ea tamen que
possunt de facili capi propter quod sequitur Omnis
enim qui lactis est particeps i indigens
doctrina facili expers est sermonis iusticie
i ineptus ad capiendum difficilia que
tamen proponenda sunt perfectis Cuius racionem subdit
paruulus enim est i nouellus et impotens
Perfectorum autem est solidus cibus i doctrina fi
delis in hiis que ad fidem pertinent est tamen
proponenda perfectis Et qui sint tales ostendit
quoniam dicens Eorum qui pro ipsa consuetudine in
exercicio scripture exercitatos habent sensus
i virtutes intellectuales que perfectius alii designan
tur alii de aliorum vides tu hoc i intelligis
Et ideo valeat tale exercicium subdit dicens
ad discrecionem boni ac mali i veri et falsi
in hiis que sunt fidei quia verum est bonum
intelligens et falsum est malum Ad euidenciam
maiorem huius potest vltime queri vtrum
misteria et subtilia fidei sunt omnibus proponenda
inuenit Et videtur primo quod sic secundum quod dicitur marci vltimo
predicate ewangelium omni creature Sed in ewangelio con
tinentur omnia misteria fidei ergo et cetera Item credere
articulos fidei explicite est de necessitate
salutis quantum ad omnes sed non possunt credere
talia nisi eis proponantur ergo articuli fidei sunt
omnibus proponendi Sed articuli fidei continent
misteria et difficilia ergo et cetera Contrarium est per illud
quod habetur in textu Et facti estis quibus
lacte opus sit non solido cibo et cetera Dico
misteria fidei possunt dupliciter proponi Vno modo ut
credenda simpliciter per simplicem assensum
Alio modo proponi ut aliqualiter intelligenda

Vituperans· Hic pbat minorem s· q ppt impfcom
primi testamenti mi^m fuit dari 2^m p auctc
que hr̃ Jerem 31° licet vba sint aliquo
mo mutata· et aplus allegat ipam s^m
translationem lxx° et in illa auctc primo tan
git vetus testamentum 2° noui i· Quia
hoc testamentum dicit i· primo sic Vituperans
enim eos dicit i· dus improperando eis qui
erant sub veteri testamento loqui pse illud
quod scr̃ Ecce dies veniunt dicit dus
et consummabo i· pficiam q nouum testamentum

ptinet pfectionem ut sup declaratum est in lib.
in pri° hui9 opis super domum isrl et sup
domum iuda quia ad eos venit in ppria
sed qd ptinet dicit mt. xv°. Non sum mis
sus nisi ad oves que perierant domus
isrl. Testamenti novi non sed testamenti
quod feci patribus eorum quia aliqua ve
tis testamenti sunt cassata p novum sz
cerimonialia et iudicialia. Huiusmodi te
ut sup dem est in pri° hui9 opis in die
qua apphendi manum illorum ut educerem
illos de terra egipti quia sic puer qui
non pt p se ire apphendi p manum sic filii
isrl sunt educti de egipto virtute diuina
quia non poterant p se exire. Quoniam et
ipsi non pmanserunt in testamento meo qz
statim post publicacionem mandatorum
ore dei fecerunt sibi vitulum conflatilem ut
in exo. Et ego neglexi eos dicit dns
quia ppter peccatum vituli aliqui sunt occisi.
et aliqui pmissi sunt tamen in alia parte
ppt qd perierunt in solitudine cadauera eorum
et sic dr eos neglexisse inquantum pmisit
eos sic perire. sic reus neglige dr que
perire pmittit. Quia hoc est testamentum
Hic tangitur conditio novi. et primo quantum ad ei9
dacionem quia datum est primo iudeis quibus
xpc predicauit et hoc est qd dr Quia
hoc est testamentum quod disponam domui
isrl. licet enim gentiles sint admissi ad
novum testamentum. hoc tamen factum est sic inse
rit oleaster in bonam olivam. secundum qd
dicit aplus Ro. xi°. 2° tangitur conditio novi
testamenti quantum ad tempus dacionis. cum dicit
post dies illos dicit dns. i. post istum
vetus testamenti sic psum est post. 3° tempus q
ipsum impsum. sic magis dicit post pedago
gum lex at pedagogus noster fuit in xpo.
ut dr Gal. 3°. 3°. tangitur conditio novi
testamenti quantum ad modum dandi cum dicit
Dando leges meas in mentes eorum fidem
inspirando. et in corde eorum superscribam
eas per caritatem fovendo. qui modus
dandi est pplus spus dei. sz interius

illuminando. et sic lex nova est data aplis
qn xpc apparuit eis spm ut intelligerent scripturas.
et qn misit eis spm sanctum. Homo aut pt alium
docere inserendo exterius signa sensibilia ut vo
ces et consilia. Et hoc modo data est lex vetus.
ut hetur Exo. 20. Cunctus aut plus videbat
voces et lampades &c. Dicit aut leges meas
pluraliter qz licet nova lex sit una tamen sunt ibi
plura precepta et consilia a spu sancto inspirata.
4°. tangit novi testamenti efficaciam cum dicit
Et ero eis in deum et ipsi erunt mihi in populum
quia lex nova est lex amoris. qz dividit
filios regni a filiis perditionis. Et non docebit
unusquisque proximum suum &c. Hoc pt intelligi
dupliciter. uno modo de cognicione vie. et sic illud pro
ptinet ad aplos. quia omnes instructi sunt
a xpo immediate. et non unus ab alio. Unde et
paulus aplus qui posterior fuit dicit ad Gal.
1°. Notum vobis facio fratres evangelium qd evangelizatum
est a me. quia non est secundum hominem neque enim
ab homine accepi illud neque didici sed per revela
tionem ihu xpi. Alio modo pt intelligi de cognicione
patrie celestis. et tunc refertur ad omnes bonos
spualiter post iudicium futurum. quia modo angeli
superiores illuminant angelos inferiores de
hiis que ptinent ad explenda ministeria. perac
tos electos. Sed peracto iudicio cessabit tale illu
minacio. Et hec exposicio ultima magis
concordat lre. Sed quia efficacia novi
testamenti non solum se extendit ad cogni
cionem sed etiam ad purgacionem peccatorum. Ideo se
Quia propicius ero iniquitatibus eorum. i. ob
mittendo iniuriam et peccatorum eorum iam non me
morabor ad puniendum in futuro. Dicendo
autem novum. Consequenter concludit principale
intentum. ex quo enim dns p Jeremiam vocat
testamentum cui9 xpc est mediator novum. ut
patet supra. p quod quod precedens testamentum vocat
vetus. quia novum dr respectu veteris. et hoc est qd
dr. Dicendo aut novum de testamento xpi.
veteravit prius. i. ondit quod precedens testamentum
debeat dici vetus. qd aut veterat et se nescit
sit tempore. quia omne tale deficit in tempore.
ut hetur 4° phy. co. 10 sed quod vetus testamenti

ſtenacuratū p nouū Et hoc eſt qd ſeqr
Quod aūt antiquat et ſeneſcit ꝓpe inte
ritum eſt Ad maiorem eius euidenciam qd
dm̄ eſt in ue. in pte ṕncī queri vtz lex no
ua debuit dari a xº in ſcptis et vr̄ pmo qꝫ
quia ſcptā deſeruit meorie in ſitum ſ lex
noua eſt duratā vſqꝫ in finem mūdi. ſ. illud
Luc 21º Celum et tra tranſibūt vba aute
mea no tranſibūt. gº vr̄ qꝫ xpc debuit doc
trinam ſuam ſcbe. Itm lex vetus fuit figa
noue ut hetur in hoc ca.lº Sed lex vetus
deſcpta fuit a deo. ſ.m qd hr̄ Exo. 19º Dabo
tibi duas tabulas lapideas et legem ac
mandata que ſcpſi. gº lex noua debuit
ſcbi a xº quia figatum debet rnde figure
Tercium Si xpc ſcpſiſſet illud potiſſime de
buit fieri in cenā. ſ nichil tle ibi habe
tur. Indeo dm̄ qꝫ doctina xº no debuit
tradi ſcbi pmo quia excellentiſſimꝰ modus
docendi debet excellentiſſime doctine. Nunc
aūt ita eſt qꝫ efficacior eſt modus docendi
vo qꝫ ſcpto. quia ſcpta non eſt ñi vox mor
tua. Et ideo xº qui eſt doctor excellentiſſ
mus quecebat alius modus docendi ñi pſſbium
non eſt pfiſſimꝰ. diſcipulis aūt ſuis tradidit
vbis a tracta pſecīe quecebat doctina xpi
ſcbe. ꝓpter qd ſcripſerunt euangª et alios libros
noui teſtamti ptinentes doctinam xº Sicut
ſimiliter inuenit apud antiquos phos qꝫ aliq
inter eos excellentiſſimi. ſꝫ pitagoras et
Socrates dunt nichil ſcpſiſſe. tam eoꝝ diſci
puli ſcpſert/ 2º quia no eſt queciens illū
doctorem ſcbe. cuiꝰ doctina no pt libris comp
hendi. talis fuit xpc. ſ.m qd dr̄ Joh. vltio.
Sunt et alia multa que fecit ihūs que ſi
ſcbant p ſingula. nec ipm arbitror mūdum capere
eos qui ſunt ſcbendi libros Quod
exponens Aug.ꝰ dr̄ Et hoc no eſt intelligend
ꝓpter corpm̄ quātitatem mūdi ſ vutus Et ideo
xpc doctinam ſuam ſcbe non debuit. quia
ſi eam ſcpſiſſet. crederet qꝫ eius doctina no
plus ptineret. qꝫ qd illa ſcpta ptenderet
Non ſic aūt crederet ꝑſcptam ſuoꝝ diſci. loꝝ
Et in pncie quia ꝑfice ſe doctinam xº non
ſcpſiſſe ad plenum. utꝫ p vbum Joh. pallegatum
Conſiderand ꝫ qꝫ licet xpc
non ſcpſit doctinam ſuam in carta mor
tua. ſcpſit tm̄ eam in carta viua. ſcilꝫ
in cordibus ſuoꝝ diſcipꝉoꝝ ut pdm̄ e
Et ſic erat ꝓphatum in Jerem. utꝫ inſra.
et iſte fuit modus queciens ſcbendi hanc
doctinam que inducit efficacit ad vitam
eternam Et io debet ſcbi pmo in via in
tellectuali que habet immortalitatem
ꝓpt qd dicit paulus aplus 2. Cor. 3º
qꝫ hec eſt epla ſcpta in tabul cordis
Ad pmū ꝫ ꝫ eo dcis quia ſcpta diſci. loꝝ
ſufficit ad meoriam doctine eius Ad 2m
dm̄ qꝫ figa et figatum no omo aſſi
milant. ymo oportet ut figa deficiat
a figato Et io lex vetus que erat in
pfector ꝯſiſtebat in ſenſibilibus ſignis
fuit pmo deſcpta in tabulis lapideis
lex aūt noua tanqꝫ pfector fuit pmo de
ſcpta non atramento. ſed ſpu dei vivi in
tabulis cordis ut dr̄ aplus 2ª ad Cor. 3º.

Habuit quidem Capitulum Nonum

Hpoſtꝫ aplus oſtendit dignitatē ſacdotij
xº r.º ſacdotij veteris legꝭ ingnali
hic ꝯtr declarat hoc idem applicando
magꝭ in ſpali. et diuī in d. quia pmo
declarat ꝓpoſitum 2º pbat qddam in ſuo p
ceſſu ſuppoſitum in pncº decimi cali. i. vmbram
eni hns Prima adhuc in 3º qꝫ pmo tangit
ea que ſunt in veteri teſtamento 2º oſtendit
eoꝝ ſignificatum ibi hoc ſignificante ſpu ſco 3º ex hoc
ꝯcludit ad ꝓpoſitum ibi Et io noui teſti
Prima adhuc in d. qꝫ pmo tangit ea que
ſunt in veti teſtaº in quodam gnali 2º
tangit ea magꝭ in ſpali ibi Tabnaculum
Ad euidenciam pmi ꝯſiderand qꝫ omnia
que ſunt in nouo et veti teſtamto or
dinata ſunt ad cultum diuinum. ad quem
vº cultum reddi homo ineptus ſm
pctm et aptus p gratiam. ſ.m qꝫ ro per
immundiciam et mundiciam corpalem
Et io ſacrmta noue legꝭ que conſe
runt gratiam aufferunt pctm. reddunt
ſimplr hominem aptū ad cultū diuinum

Illa autem que erant in veteri testamento non
gratiam conferebant. sed tamen quasdam irre
gularitates seu immundicias corporales aufe
rebant. propter quas prohibebantur ho
mines accedere ad locum divini cultus et
ad orationem fidelium. sicut erat tactus mor
tui vel alicuius immundi in quibus redde
batur homo ineptus ad accedendum ad lo
cum cultus divini. talia autem auferebantur
per sacramenta veteris legis. licet per ipsa non
conferretur gratia. sicut diffusius declaratum
est in principio huius operis. et hoc est quod dicit
Habuit quidem prius. i. primum testamentum
iustificationes culture. i. sacramenta aufe
rentia divini cultus impedimenta modo
predicto. verumtamen iustificabant secundum quid. ideo
subdit et sanctum seculare. i. emundacionem cor
poralem que dicitur secularis. quia pertinens solum in
corporibus consistit. quia sacramenta illa non
erant dativa gratie. Tabernaculum enim.
Hic ponit predicta magis in speciali. et divi
ditur in duas quia primo tangit ea in speciali que per
tinent ad tabernaculi moysi dispositionem. secundo
ea que pertinent ad sacerdotum ministrationem
ibi His vero ita compositis. Ad intellectum primi
considerandum quod tabernaculum moysi sic
erat dispositum. parietes enim erant de qui
busdam asseribus coopertis auro. Infra
vero tabernaculi erat quedam cortina variis
coloribus depicta. Altitudo tabernaculi
erat .10. cubitorum. et latitudo etiam .10. lon
gitudo vero eius .30. Et erat quedam cor
tina interius dividens longitudinem
in partes equales. quare ex una parte corti
ne erant .10. cubiti tantum. et dicebatur illa
pars tabernaculi sancta sanctorum. In alia vero parte
erant .20. cubiti. et dicebatur illa pars tabernaculi
sanctum vel sancta. Et sic designabantur
due partes in tabernaculo. sicut in ecclesiis
nostris chorus et navis. non quod opposito
modo erant site. quia chorus in ecclesia
est versus orientem. in tabernaculo vero moy
si sancta sanctorum erat ad occidentem. Ulterius

considerandum quod in sancta sanctorum erant tantum archa
testamenti. duo cherubim. et propiciatorium.
Apostolus autem addidit hic quartum scilicet quod erat
thuribulum. Quod exponunt aliqui dicentes
quia per hoc intelligitur altare incensi. sed hoc
patet falsum per textum Exodi .xl. ubi dicitur quod altare
incensi erat in alia parte tabernaculi. Hoc etiam
dicunt Josephus et Augustinus. Et ideo dicendum quod thu
ribulum non intelligitur aliud nisi quod ibi erat ince
sorium in quo summus sacerdos intrans sancta sanctorum
ponebat incensum. ut nebula inde consur
gens impediret aspectum illorum qui erant
in illa parte tabernaculi ne viderent ea que erant
intra sancta sanctorum. Erat in alia parte tabernaculi
que dicebatur sancta. erant tria. mensa propositionis
in latere aquilonari. candelabrum aureum in
australi. et altare thimiamatis in medio iuxta
cortinam dividentem sancta et sancta sanctorum. Pre
dictorum autem assignatur duplex ratio. Una litteralis
et alia mistica. Litteralis est ista. Tabernaculum
illud erat ordinatum ad cultum veri dei creatoris
totius mundi. In quo sunt due partes. Una nobis
invisibilis videlicet id quod est ultra celum
sidereum. ubi est spiritualium substantiarum habitatio.
et hec figurabatur per illam partem tabernaculi
que dicebatur sancta sanctorum. in qua erant cheru
bim representancium naturam angelicam. et ar
cha testamenti clausa. ad designandum quod raciones
que sunt in hoc seculo visibili continentur clause
et nobis occulte in seculo illo superiori. sicut rationes
effectuum in causis et artificiatorum in arti
fice continentur quasi clause. Et hoc patet
in archa contenta. scilicet tabule que representant
sapientiam qua distinguuntur res humane.
Et per virgam aaron que designat potestatem re
giminis per quam coherceri homines a malo
Et per manna per quod designatur vita humana.
Propiciatorium vero quod erat quasi locus dei et
quia videbatur summo sacerdoti designabat
ipse deus gloriosus et sublimis presidens
omnibus creaturis. Et sic patet quomodo per sancta sanctorum
designantur ea que sunt supra celum sidere
um nobis invisibilia. Per aliam vero partem
tabernaculi que dicebatur sancta alibi designabatur

illa pars mundi proximum enim tabnacli quod
erat quedam cortina varijs coloribus
distincta designabat celum sidereum varijs
stellis ornatum. per candelabrum in quo erant
septem lucerne designabantur ordines septem
planetarum. et propter hoc erat positum in parte
australi. quia circulus planetarum in emisperio
nostro semper est ad austrum. per mensam vero cui erant
panes suppositi designabantur elementa in quibus
consistit et nutritur hominum vita. quia ex eisdem
sumus et nutrimur ut dicitur 2o de generatione. Desig
nabat etiam illa mensa quod illi qui altari deser
viunt. deserviunt ecclesie. vivunt de ecclesia et de
altari debent vivere. Sed aut allegorice prima pars
quia per illam partem tabnacli que dicebatur
sancta designabatur vetus testamentum. in quo vi
sus diviniorum erat latens sub velaminibus
figurarum. sicut aspectus eorum que erant intra
sancta sanctorum inclusus per cortinam mediam
inter utramque tabnacli partem ut predictum est. per
illam vero partem que dicebatur sancta sanctorum in qua
erant illa que representabant spiritualia et di
vina ut dictum est designabatur novum testamentum
in quo revelata est veritas divina. propter quod in
passione domini in qua consummatum est novum
testamentum scissa fuit illa cortina templi. que
prohibebat aspectum eorum qui erant inter sancta sanctorum.
ut habetur Luc. 23o. Hanc autem expositionem prosequitur
amplius ut patebit ex sequentibus. His visis
descendendum est ad literam que tangit tabnaculi
differentiam dicens. Tabernaculum enim factum est primum
scilicet de illa parte tabnacli que dicebatur sancta.
quia ab illa erat ingressus templi in quo erant
candelabra. Im habebat septem lucernas que
hic dicuntur candelabra et mensa et propositio pa
num quia duodecim panes erant positi super
mensam illam. Rm autem quod erat ibi scilicet altare
incensi obmittit apostolus. quia sicut quod scilicet misterium
non intendebat de istis dicere per singula secundum
Hanc dicit sancta hoc refertur ad tabnaculum primum.
quia sic dictum est. Illa pars prima tabnaculi
in qua erant ista dicebatur sancta. ubi. Post ve
lamentum autem. i. post cortinam inter medium
existentem. 2m tabnaculum. i. 2a pars tabnacli

quod dicitur sancta sanctorum aureum habens thuribulum
et archam testamenti circumtectam ex omni
parte auro quia erat de lignis sethim
operta auro intus et extra ut habetur Exo. 24o.
in qua urna aurea habens manna scilicet
quod habetur Exo. 26o. Et virga aaron que
fronduerat scilicet quod habetur Num. 17o. et tabu
le testamenti iste erant inclusae in archa
ut predictum est. super que erant cherubim glorie
i. gloriose facta. vel potius quia erant glorie dei
cui deserviunt angeli significative. unde sunt obum
brantia propitiatorium quod representabat locum
divinum ut dictum est de quibus non est modo
dicendum per singula quia apostolus prosequitur
ista breviter et secundum sensum allegoricum
ut dictum est. His vero ita compositis. Hic apostolus
ostendit describit misterium sacerdotum in ta
bernaculo moysi. Ad cuius intellectum sciendum quod in
sancta sanctorum solus summus pontifex introi
bat in die expiationis tantum. In alia autem
parte tabnacli que dicebatur sancta. alii sacer
dotes intrabant bis qualibet die ad
perficiendum sacrificia. Immolatio enim sacri
ficiorum et cremationes eorum fiebat extra tabnaculum
sub divo in altari holocaustorum. sed consum
matio sacrificij fiebat intus per cremationem
incensi in altari. quia sacrificia illa
non erant accepta ex se. sed tantum ex fide et
devotione offerentium. que fides et devotio significatur
per incensum. et hoc est quod dicitur. His vero ita co
positis. i. dispositis modo predicto. In priori quidem
tabnaculo. i. in parte tabnacli que dice
batur sancta. semper. i. cotidie introibant
sacerdotes sacrificiorum officia consummantes
per cremationem incensi. In 2o autem. i. in sancta sanc
torum semel in anno solus pontifex. supple
introibat. Glosa dicit hic. quod pluries
in anno intrabat. in sua sanctione
Sed hoc non videtur scriptum in lege. nisi solum cum
movenda erant castra. tunc enim aaron
et filij eius intrabant ut involverent
ea que erant intra sancta sanctorum et dispo
nerent levitis onera. Aliud autem non legitur
intrasse aliquis nisi summus sacerdos in festo ex
piationis ad offerendum ibi coram propitiatorio.

de sanguine hostie ymolate pro peccato populi
Et hoc est quod dicitur Non sine sanguine et cetera
hoc significante spiritu sancto ostendit quod significant predicta
et primo quantum ad vetus testamentum 2°
quantum ad novum id est Christus autem assistens
in prima parte dicit sic hoc significante spiritu sancto
nondum propalatam esse sanctorum viam
Omnia sic dictum est per hoc quod non patebat
bat accessus sacerdotibus ad sancta sanctorum
designabatur quod via veniendi ad celestia
non erat patefacta sicut est in novo testamento
Et quia vetus testamentum adhuc debebat
esse suum sicut quod significabatur prima pars taber
naculi ut dictum est. et hoc est quod subditur
Adhuc priore tabernaculo id est veteri testamento
habente statum que parabola id est figura est
temporis instantis quia vetus testamentum
fuit figura novi iuxta quam scilicet parabolam
munera et hostie offeruntur que non possunt
iuxta conscientiam perfectum facere quia in veteri
testamento quod fuit figura novi munera
oblata non auferebant peccata ut predictum est
Et tamen solummodo sed mente solummodo in cibis
et potibus. quod dicit quia observaciones
legalium in parte consistunt in abstinencia
ab aliquibus cibis et potibus in lege pro
hibitis et variis baptismatibus id est oblationibus
que fiebant in emundatione leprosi et consimilibus
Omnia enim ista erant quedam purgationes
corporalia et ideo non poterant mundare
conscienciam sed tantum tollere quandam immundi
ciam corporalem vel irregularitatem
propter quod dicit iusticie carnis Et hoc
est quod dicitur Et iusticiis carnis usque
ad tempus correctionis impositis id est usque ad tempus
nove legis que corrigit vetus testamentum
non a malo in bonum reducendo quia lex
vetus fuit bona et iusta ut habetur Ro. 7°
sed ab imperfecto ad perfectum reducendo Quia
sicut puero quamdiu est sub pedagogo impo
nuntur aliqua opera bona ad assuefaciendum
virtutis ista tamen mutantur adveniente etate
virili in qua perfecciora ei imponuntur ita populo
legem moysi sunt imposita legalia

populo iudaico ut exercerentur multum eius dei quia
tamen erant imperfecta adveniente lege Christi ad perfectum sunt
reducta propter quod apostolus Gal. 3° comparat legem
moysi pedagogo iuxta cuius disciplinam tenetur puer
quamdiu est parvulus ut plenius declaratum est
in principio huius operis Christus autem assistens hic
quantum exponit illud quod dictum fuit de tabernaculo
moysi in quantum fuit figura novi testamenti Circa
quod apostolus duo facit quia primo declarat positum
2° probat quoddam suppositum id est Hiem Circa primum
apostolus quatuor tangit primo dignitatem loci
quia illa pars tabernaculi que figurabat novum
testamentum vocabatur sancta sanctorum 2° dignitatem
ministri quia solus summus pontifex illuc intrabat
3° modum intrandi quia cum sanguine intrabat 4° tempus
intrandi quia semel in anno 5° causam quod intrabat
scilicet ad placandum sibi deum et populo et ista
significant ea que sunt in novo testamento quia
Christus qui est summus pontifex intrabat maxime
quod significabat per sancta sanctorum ut supra dictum est et per
proprium sanguinem ad placandum nobis deum pre
Et hoc est quod dicitur Christus autem et cetera Circa quod
quod in hoc textu constructio est in celum suspensiva
et ideo ut clarius et brevius procedam et po
nam debitam constructionem non sed quod iacet in
libro secundum ordinem suum Christus hic tangit
novitatem testamenti quia Christus est novum supplementum
compositum in natura duplici scilicet divina et humana Pon
tifex hic tangit novum officium quia Christus est
princeps aliorum pastorum secundum quod dicitur prima Pet.
5° Cum apparuerit princeps pastorum et cetera As
sistens id est semper paratus ad officium suum scilicet ad
interpellandum pro nobis patrem et ad auxilium
dandum nos contra impugnationem hostium intrat
sancta id est celum ut patebit inferius quod quidem
celum est tabernaculum peramplius id est valde
amplum propter immensitatem bonorum celestium
et perfectius quam fuit tabernaculum moysi quod
fuit mobile et portabile de loco ad locum
illud vero est immobile et eternum secundum quod per
Ysaiam fuit predictum 33° Oculi tui videbunt
Ierusalem civitatem opulentam tabernaculum
quod nequaquam transferri poterit Ibi enim loquitur
de celo celesti non manufactum id est non per hominem
sicut tabernaculum moysi per manum beseleel

Et hoc est quod subdit apostolus exponendo verbum pridem. Idest non sine cruore . i. non sine sacris sanguinis et temporis intrandi ibi Semel quia toto tempore non est nisi vnius anni eius pontificatus. Et ideo ex quo semel intrauit semper est ibi. Tangit ergo modus intrandi cum dicit Neque per sanguinem hircorum et vitulorum sic intrabat pontifex veteris testamenti Sed per proprium sanguinem id est qui pro nobis fuit effusus in ara crucis. Tangit et effectum cum dicit Eterna redemptione inuenta quia per hoc hominibus eternam redemptionem per modum conuenientissimum a Christo adinuentum ut satisfaceret qui potest deus et solueret qui debuit homo. Si enim sanguis hircorum probat quoddam suppositum scilicet ultimum dictum quod sanguis Christi sit efficax ad eternam redemptionem et facit tale argumentum Sanguis Christi ex vnione ad suppositum diuinum habet virtutem maiorem ad emundacionem quam sanguis hircorum et vitulorum et aqua lustracionis ad tollendam immundiciam corporalem seu impedimentum irregularitatis de quo predictum est. Veritas huius propositionis patet quia sanguis Christi ex vnione ad suppositum diuinum continet quandam infinitatem virtutis. Sed predicta veteri lege tollebant immundiciam corporalem contractam contactu alicuius immundi a diuino cultu impediente ut patet Numeri 19. Ergo multo fortius sanguis Christi emundat animam et reddit eam aptam ad salutem eternam Et hoc est quod dicit Si enim sanguis hircorum et thaurorum hoc fiebat in festo expiationis et cinis vitule aspersus quia in aqua lustracionis qua debebant immundi aspergi ponebant cineres vituli combusti ut habetur Numeri 19. inquinatos sanctificat ad emundacionem carnis quia animam mundare non poterat. Quanto magis sanguis Christi etc. Emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis . i. a peccatis que mortem inferunt animam morte culpe et morte gehenne ad seruiendum deo viuenti hoc dicit ad differentiam idolorum qui putantur dii sed sunt mortui ut Jupiter Bachus et huiusmodi. Tangitur tamen per quam sanguis Christi habet efficaciam ad predicta quia ipse offerens scilicet Christus cuius multum est efficacie infinite propter vnionem ad diuinitatem et hoc tangitur cum dicit Semetipsum obtulit. Secundum offerendum quod fuit sanctissimum ideo dicit immaculatum. Tertium est modus offerendi qui processit ex magna caritate quod notatur per spiritum sanctum. Cum autem sanctus sit ista oblacio condigna cum dicit Deo scilicet patri.

Et ideo noui testamenti. Hic ostendit quod conditiones que pertinent ad vetus testamentum et compositionem eorum ad principale intentum scilicet quod nouum testamentum sit excellencius et efficacius veteri. et diuiditur in duas quia primo facit quod dictum est secundo probat quoddam suppositum in sua ratione ibi Ubi enim testamentum est. Circa primum sciendum quod immediate predixit quod Christus per proprium sanguinem intrauit in celum et sic inuenit eternam redemptionem eternam hoc tamen non poterat fieri in veteri testamento Ex quo sequitur quod aliud testamentum factum est per Christum et per quod debet dici nouum quia illud quod sequitur precedens dicitur nouum respectu illius Et hoc est quod concludit apostolus Et ideo noui testamenti mediator est scilicet ipse Christus Et per quem modum sit mediator subdit ut morte intercedente . i. Christi morte interueniente per quam eius testamentum est confirmatum in redemptionem earum preuaricationum que erant sub priori testamento . i. quas vetus testamentum non poterat auferre. scilicet per Christi mortem sunt ablate repromissionem eterne hereditatis accipiant per efficaciam passionis Christi qui vocati sunt id est ad accipiendum ipsam per veram fidem et sacramentorum noue legis perceptionem Et sic patet quod testamentum nouum est efficacius veteri quia mundat animam et confert gloriam. Vetus autem testamentum tantum corporaliter mundabat et terrena hereditate promittebat Ubi enim testamentum Hic probat scilicet quod supposuit scilicet quod nouum testamentum sit confirmatum per mortem Christi et hoc probat dupliciter primo per legem humanam secundo per legem diuinam ibi Unde nec primum. Circa primum sciendum quod secundum leges humanas ciuiles canonicas testamentum non habet robur quamdiu viuit testator quia tunc semper potest mutari cum sit ultima voluntas vite presentis. sed in morte confirmatur Ita consimiliter nouum testamentum quod est ipse testamentum Christi in sua morte fuit roboratum prout quod dixit Consummatum est ut habetur Johannis 19 et hoc est quod dicit hic Ubi enim testamentum est mors necesse est ut intercedat . i. interueniat testatoris

et patet litteram. Unde nec primum. Hic probat
idem per legem divinam in qua probatione
primo ponit novi testamenti et veteris
convenientiam. 2º eorum differentiam ibi Necesse
ergo. Circa primum considerandum quod vetus testamentum
quod fuit figura novi fuit confirmatum per
aspersionem sanguinis ut habetur Exodi 24º. Et
sic per legem divinam patet quod testamentum
novum per effusionem sanguinis debuit con
firmari ut figuratum respondeat figure. Et hoc
est quod dicit. Unde nec primum quidem id est tes
tamentum vetus quod fuit primum dedicatum
est id est confirmatum sine sanguine. Lecto enim
omni mandato legis a moyse universo
populo. Hoc habetur Exodi 24º ubi dicitur quod populus
accepit testamentum et obligavit se ad
obediendum. Et tunc moyses ad asper
sionem huius aspersit sanguinem. Et hoc
est quod dicit. Accipiens sanguinem hircorum et
vitulorum cum aqua et lana coccinea et
ysopo. Sed hic posset aliquis dicere quod Exodi
24º non fit mencio nisi de sanguine vitulorum.
Dicendum quod apostolus instructus fuit in lege
et ex usu et consuetudine sciebat qualiter
talia fiebant. scilicet per commixtionem sangu
inis hircorum et aque ut sanguis
esset clarior. Lana vero coccinea et ysopo
pus erant quasi aspersorium ad sang
nem aspergendum. Et propter hoc moy
ses tacuit ista quia non erant principalia.
Et credendum est apostolo quod fuit ita quod
descripsit. Non enim omnia in Exodo sunt
scripta. scilicet Ipsum quoque librum scilicet legem et
omnem populum qui legem acceperat aspersit
dicens Hic sanguis testamenti id est confir
macionis testamenti. quod mandavit ad vos
deus et tabernaculum quia non dum erat
factum sed postea illud sanguine aspersit.
quando illud construxit. Et omnia vasa mi
nisterii quibus utebantur in tabernaculo moy
si sanguine similiter aspersit et omnia pene
in sanguine id est per aspersionem sangui
nis secundum legem mundantur sine lege. Dicit
pene quia aliqua mundabant per ignem
scilicet illa que poterant ignem sustinere.

ut habetur numeri 31º. Expiatio in non fiebat sine
effusione sanguinis. Et hoc est quod dicit Et
sine sanguinis effusione non fit remissio peccatorum
quia animalia sacrificabant pro quibus eorum effu
debat sanguis In signum quod per effusionem sang
uinis christi fienda erat remissio peccatorum que non
poterat fieri sanguine animalium sed in signari.
Necesse est ergo. Posita convenientia novi testamenti
et veteris quantum ad confirmacionem et emundacionem
hic consequenter ponit differentiam ostendendo primo quod emun
datio novi testamenti est melior 2º quod est per
fectior id est Neque et sepe. Circa primum premittit
sic Necesse est ergo exemplaria quidem celesti
um hiis mundari id est tabernaculum veteris te
stamenti quod fuit quomodo exemplar celestium
ut declaratum est 6º capitulo. Debuit mundari
talibus hostiis que fiebant de animalibus brutis
Ipsa vero celestia melioribus hostiis quam istis
scilicet debuit mundari et sic mundata sunt
sanguine christi. Sed dicendum quomodo intelliguntur
mundari celestia ubi nulla sit macula. Dicendum
quod sicut dicebatur emundari tabernaculum. non
quia haberet in se aliquam immundiciam
sed quia tollebant quedam irregularitates
quibus impediebantur homines accedere ad sa
crificium Ita dicuntur mundari celestia per christi
sanguinem et sacramenta nove legis exceptio
sanguine christi efficaciam inquantum purgat
peccata que impediunt ab ingressu celestium et
ideo dicit hostiis in plurali. quia licet sang
uis christi sit una hostia. tamen eius efficacia
communicatur nobis per varia legis sacramenta. Et
quod tabernaculum sanguine christi mundatum sit me
lius tabernaculo moysi declarat dicens Non enim
in manufacta sancta introivit ihesus quale
fuit tabernaculum moysi ab homine factum. quod
fuit figura tabernaculi celestis. ut predictum est
ideo sequitur exemplaria verorum sed in ipsum
celum introivit ihesus ut appareat nunc
vultui dei pro nobis. Sicut enim pontifex in
trabat semel singulis annis ut apparet coram propiti
atorio. quod erat quasi sedile dei sic per quod
christus quantum ad humanitatem intravit celum non ad hoc

ut videt faciem dei patris de novo quia vi
dit eam absinstanti operationis. quia eius hu
manitas de novo instaurata sunt ad celum
ubi faciem dei clare videt a b̄to. ut per hoc co
ram deo patre pro nobis interpellat representando
humanitatem quam pro nobis assumpsit. Neque
ut hic ondit quod emundatio novi testamenti
perfectior est. et diu nota p. quia primo ondit perfectio
nem illius induxit simile. Et quemadmodum
in prima parte facit illam com. Illa emundatio
que non iteratur quia semel facta sufficit. perfectior
est quam illa emundatio que fiebat a pontifice ve
teris legis in festo expiationis et quolibet anno
iterabat. Expiatio aut per xpm semel tantum facta
est. quia eius unica passio. sufficit ad de
letionem omnium peccatorum quod est perfectior. et hoc est quod dicit.
Neque ut sepe offerat semetipsum. sicut pontifex
pontifex veteris legis intrabat in sancta sanctorum
per singulos annos in sanguine alieno. ex alie
rum sequitur inconveniens. scilicet quod xpus pluries debuit pati
a principio mundi. sicut et sacerdos veteris legis intra
bat per singulos annos sancta sanctorum pro expiatione
populi israel. Nunc aut ita est quod sicut ponti
fex sancta sanctorum intrabat pro populo israelitico ita
xpus passus est pro salute totius populi fidelis mundi
qui incepit a principio creationis. sicut populus israel a
datione legis. Et ideo si xpi passio esset iterabilis
debuisse frequenter pati ab origine mundi sicut
pontifex legis quolibet anno intrabat sancta
a datione legis. Et hoc est quod dicit. Alioquin oppor
tebat eum frequenter pati ab origine mundi.
Et quia hoc esset inconveniens. ideo subdit xpus
Nunc aut. id est tempore gratie semel in consummatione
seculorum. id est ultima etate que continet usque in finem
ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit
seipsum in conspectu omnium offerendo in cruce.
Et quemadmodum. Hic adducit simile ad proban
dum quod xpus pro peccatis nostris semel tantum statutum
est ex divina sententia quod homines semel moriantur.
et postea in divino iudicio merita presentabunt.
Sic xpus pro salute hominum in cruce mortuus.
postea apparebit in iudicio non iudicandus sed
iudicaturus. in iudicium suum fidelibus suis eternam
salutem redditurus. Et hoc est quod dicit. Et
quemadmodum statutum est hominibus semel mori

roe originalis peccati. post hoc aut iudicium
sic xpus. sic et xpus semel oblatus est
in cruce non cogitatione mortalis ne
quaquam voluntarie assumpsit sed ad multorum
exhaurienda peccata. quod dicit quia licet
passio xpi se extendat ad delendum peccata
omnia ipsius est ex se. tamen aliqui reddunt
se indignos. ideo dicit multorum non dicit omnium
Secundo sine peccato apparebit etc. quia in secundo adventu
apparebit in forma glorie. et sic sine similitudine
peccati. In primo aut adventu apparuit in forma
hominis mortalis habens similitudinem peccati.
Sed quod dicit in utero Ro. 8. Ad maiorem evi
dentiam dictorum in hoc capitulo. queri potest
sanguinis xpi fuit deo oblatio acceptissima.
et videtur primo quod non. quia effusio innocentis
est coram deo abhominabilis. xpus aut
fuit innocentissimus ergo etc. Item illud quod
habet similitudinem cum sacrificiis genti
lium non est deo acceptum. sed oblatio
sanguinis innocentis est huiusmodi. Secundo quod dicit
in psalmo. Effuderunt sanguinem innocentem
sanguinem filiorum suorum et filiarum suarum
quas sacrificaverunt sculptilibus chanaan
ergo etc. Contrarium patet per illud quod dicit in lectione
Cristo magis sanguinis xpi qui per spiritum sanctum
semetipsum obtulit immaculatum deo
et emundavit conscientiam nostram etc. Unde
hoc non est intelligendum quod solus sanguinis
xpi fuit oblatus pro nobis. ymo tota huma
nitas eius. et hoc patet auctoritate inducta in
qua dicit. Obtulit semetipsum. Fit tamen
mentio in hac oblatione specialiter de
sanguine quantum fuit separatus a carne. tamen
utrumque est de oblationis integritate. Ut
quod in sacramento altaris quod est memoriale
illius oblationis. conficitur sic caro et
sanguinis. tamen sub speciebus diversis. sed nulla
oblatione fuit sanguinis separatus a carne.
Sed aut xpi pro nobis fuit oblata usque
passionem fuit a corpore separata ad satis
faciendum pro nobis. Joh. 16. Animam meam
pono pro ovibus meis. Et sic patet quod tota
xpi humanitas pertinet ad oblationem sero
sacrificium. Et aut hec perfectiora habeant com

oblationis vel sacrificii patet quia sacrificium
in lege fiebat triplici de causa primo ad tol-
lendum peccatum propter hoc in lege dicebatur
aliquid sacrificium pro peccato. Secundo ad gratiam con-
servandam propter hoc in lege dicebantur
alique hostie pacifice. Tertio ad hoc quod mens
hominis perfecte deo uniretur per amorem propter
hoc in lege offerebatur holocaustum quod
totum tendebat ad honorem domini. Ista autem
tria pervenerunt nobis a deo mediante sacrificio
Christi prius oblato quia per hoc peccata nostra
sunt deleta Apocalypsis i° Dilexit nos et la-
vit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et
gratia collata Johannis x° Veni et vitam per
ipsum Christum sancti est. Et porta glorie aperta
est ubi fit hominis ad deum unio perfecta
propter hoc dicitur infra 10 capitulo Habemus fidu-
ciam per sanguinem eius in introitu sancto-
rum. Et sic patet quod sacrificium Christi fuit perfectissimum
quia continet in se perfectissime virtutem
omnium sacrificiorum sicut persona divina continet
in se unite et eminentius perfectiones omnium
creaturarum. Ad secundum dicendum quod effusio sanguinis
Christi potest referri ad duplicem personam. Uno modo ad
ipsos effundentes et sic fuit deo abhomi-
nabilis et fuit peccatum gravissimum. Alio modo ad
voluntatem Christi patientis qui voluntarie
obtulit se passioni et ex caritate maxima
et sic fuit deo acceptissima. Et hoc secun-
do modo habuit rationem oblationis et sacrificii non
autem primo modo. Ad tertium patet ex dictis quod ob-
latio sanguinis innocentis in sacrificiis
gentilium habet similitudinem cum illis
qui occiderunt Christum. Et hoc modo non habet
rationem sacrificii ut dictum est. Et ideo non est si-
militudo sacrificii Christi ad sacrificia illorum

Umbram enim habens **Capitulum 10m**

In isto capitulo probavit apostolus eminen-
tiam novi testamenti et in suo proba-
tione dixit quod vetus testamentum non aufferet
peccata ideo istud quod ibi supponit gratia probat
et dividitur in duas partes quia primo facit quod dictum
est secundo comparat sacerdotem novi testamenti ad
sacerdotem veteris testamenti ibi Omnis
quidem sacerdos. Primum probat dupliciter primo
ratione secundo per scripturam ibi Ideo ingrediens. Prima
adhuc in duas partes secundum duas rationes quas facit secunda ibi
Impossibile enim. Ad evidentiam prime rationis
considerandum quod differunt umbra et ymago in hoc
quod umbra est longinqua similitudo rei ymago
autem est propinqua et expressa rei similitudo. Et ideo
sacrificia veteris legis habuerunt rationem umbre respectu
bonorum glorie quia non promittebant illa expresse
sed sub velamine terrene prosperitatis. Sacrificium
autem nove legis habet rationem ymaginis quia
immediate inducit ad bona glorie celestis. Hoc
autem non poterant facere sacrificia veteris legis quod
patet ex modo offerendi ipsa quia quolibet anno
reiterabant quod non fieret si per ipsa offerentes mun-
darentur quia iteratio esset frustra. Et non est
dicendum quod aliquid frustra pareret in lege divina. Ergo non
aufferebant peccata. Et hoc est quod dicit Umbram
enim habens lex bonorum futurorum id est bonorum glorie que
expectantur in futuro que in lege promittebant
confuse per modum umbre et non expresse ideo
sequitur Non ipsam ymaginem rerum per singulos
annos eisdem ipsis hostiis quas offerunt
indeficienter sacerdotes veteris legis numquam potest
lex vetus per talia accedentes perfectos facere id est
mundatos a culpa et dignos gloria. Alioquin
cessassent offerre post primam eorum oblationem
ideo quod nullam haberent ultra conscientiam peccati cul-
tores semel mundati. Et ideo concludit quod fiebat
illa sacrificia ad peccatorum recordationem et manifesta-
tionem per talia offerentes ostendebant se peccati habere conscientiam
et hoc est quod dicit Sed in ipsis commemoratio peccatorum
per singulos annos fit. Deletio autem peccatorum ex-
pectabatur facienda per Christum. Sed videtur quod ratio apostoli
non valeat quia potest dici quod illa sacrificia in-
dicebant a peccatis preteritis non autem a futuris quia
reiterabant peccata per eius et sacrificia erant
reiteranda non frustra ut apostolus arguit. Sed
ad deletionem peccati non perfecti. Dicendum quod apostolus ex
modo loquendi concludit hoc dictum. Dicebat enim
quod lex tamen habebat umbram celestium. Manifestum
autem ita est quod peccatum opponitur celestibus et
excluditur ab ipsis et ideo illud quod emundat
peccatum oportet quod sit celeste et spirituale. Et illud

quod est tale habet efficaciam ꝑpetuam et per
quod non est reitabile Hic autem Dicitur deo ob
sacre xpi in cruce voce diuinitatis adiuncte Et
ideo non reitatur quia semel factum sufficit ad de
lendum omnia peccata commissa et committenda Sed
adhuc dicitur Ecclesia cum altare cottidie offeratur
memoria eius ut dicitur dicendum quod non est ibi sacrificium reiteratio
sed vnius sacrificii in cruce oblati cottidiana
commemoratio propter hoc dicitur Mt. 26o hoc facite
in meam commemoracionem Impossibile Hic ponit
ratio ad idem quia principalius quod fiebat
in lege in die expiationis de hirco et vitulo
sed illud non poterat auferre peccatum cum esset quid
pure corporeum quod non attingit ad animam
quae est mundanum alia legis sacrificia poterant auf
ferre peccata huius racionis ponit ibi ergo Impossibile
enim est sanguine thaurorum aut hircorum auf
ferri peccata Sed aut contra hoc arguitur de sacramentis
noue legis que consistunt in quibusdam corpora
libus rebus tamen et tamen mundant animam Dicendum quod
non est simile quia in ipsis diuina virtus operatur et
ideo operantur ad gratiam per modum instrumenti non
sic autem erat in sacrificiis veteris legis sicut pre
mus diximus in fine huius capituli Ideo ingre
diens Hic probat per scripturam psalmi 39o qui lo
quitur de aduentu xpi propter imperfectionem sacrificiorum veteris
testamenti supplendam per suum sacrificium et facit
talem racionem Illud quod aufferet peccatum oportet
quod sit deo acceptum sed sacrificium veteris legis non
erat deo acceptum ut patet per scripturam psalmi in
ductam ergo etc. Et hoc est quod dicit Ideo ingre
diens mundum per carnis assumptionem dicit
quia illa scriptura loquitur in eius persona hostia
in hoc tangit sacrificia que fiebant de rebus
animatis et oblacionem scilicet sacrificia de rebus
inanimatis noluisti id est non accepisti Et sunt verba
filii ad patrem Et interponit sacrificium patri
acceptum quod de corpore xpi fuit factum dicens Corpus
autem aptasti mihi id est corpus passibile aptum
immolacioni Et quia fuit formatum et aptatum
sola virtute dei absque semine viri holocausto
mata que totaliter incendebant et pro pecca
to id est sacrificia que pro peccato offerebant quorum vna pars
incendebatur alia erat sacerdotum et sic apostolus
tangit omnia genera sacrificiorum veteris legis omnes
que non sunt deo accepta quia de talibus subdit
Non tibi placuerunt Et quia condicione inferioris
scripture Ergo autem sacrificium noue legis sit accep
tum deo quod dicit de xpo Tunc dixi ecce
venio per carnis assumptionem In capite libri
scriptum est de me ut faciam voluntatem
tuam deus scilicet meus liber iste est noticia
predestinacionis diuine Et caput huius libri dicitur
illud quod in diuina predestinatione primum tenet
hoc autem est misterium incarnacionis xpi
per quod ad beatitudinem pertingunt omnes
electi Superius dicens id est Illud quod sequitur
est verbum apostoli exponentis auctoritatem psalmi
de conclusione sacrificiorum veteris legis per sacrifi
cium xpi Et sic breui pondere concludit Aufert
primum scilicet legis sacrificium ut sequens statuat
id est confirmet sacrificium xpi acceptum deo patri
in qua voluntate sanctificati sumus etc. quia
per hoc quod xpus impleuit voluntatem patris
se ipsum offerendo sanctificauit Et omnis
quidem sacerdos etc. Hic comparat sacerdotem
noui testamenti et veteris adinuicem et diui
ditur quia primo facit quod dictum est 2o declarat
per scripturam Contestatur autem nos Ad euiden
tiam considerandum quod in lege erat duplex
sacrificium sollempne Primum erat in die ex
piationis quod solum fiebat per summum sacerdotem
ut frequenter dictum est Aliud erat sacrificium
in lege quod representabat eternitatem xpi
per continuitatem Et ideo dicebat iuge quia
cottidie offerebatur agnus vnus mane
et alius vespere Et illud sacrificium non solum
offerebatur per summum sacerdotem sed etiam per alios
inferiores sacerdotes Et de isto sacrificio
loquitur hic Et omnis quidem sacerdos scilicet
veteris legis presto est cottidie ministrans quia
cottidie offerebant iuge sacrificium Et
easdem sepe offerens hostias easdem scilicet
in specie et non in numero que non possunt auffer
re peccata ut patet predicta et magis patebit
infra Hic autem id est xpus vnam pro peccatis
offerens hostiam que sufficit ad delen
dum omnem culpam commissam et com
mittendam in sempiternum sedet ad dex
teram dei ut deus Et in hoc patet
dignitas ipsius ad sacerdotem veteris legis quem

opteebat continue stare ut minister christus autem

aut non fuit minister in iteratione oblationis

quia peracta sedet in dextera patris ut deus

de cetero expectans donec ponantur inimici

eius scabellum pedum eius et hoc comple

bitur in finali iudicio ut expositum est

supra 1° capitulo. Una enim oblatione consummavit

i. ad perfectionem adduxit in sempiternum sanctifica

tos quia hostia christi habet virtutem eternam

sanctificandi et propter hoc illa peracta non habuit

amplius necessitatem ministrandi sic habebat

sacerdos veteris testamenti. Contestatur autem

hic adducit ad probandum idem auctoritatem Jeremie

30 que supra exposita est 8° capitulo. Et in fine

illius ponit. Et peccatorum et iniquitatum eorum

iam non recordabor amplius quia ad talem

remissionem se extendit efficacia oblationis

christi que est oblatio nove legis. Et ideo per hoc

patet quod christus non habet necessitatem sine iterum

ministrare ad plures offerendum et hoc est quod

subdit. Ubi autem horum remissio est scilicet peccatorum

iam non oblatio pro peccato quia frustra

fieret medicina quia non est opus valentibus me

dicus Luce 5. Cetera patent ex dictis 8° capitulo.

Habentes itaque fratres. Superius apostolus ostendit

eminentiam sacerdotii christi. Hic consequenter ostendit

quod debemus ei reverentiam obedientie et divini timoris

et primo ponit apostolus allectiva ad huiusmodi

subiectionem. 2° ostendit subiectionis modum

et ordinem ibi Accedamus. 3° subdit

ipsius subiectionis rationem ibi Voluntarie enim

Circa primum considerandum quod duo sunt que debent

nos allicere ad hoc quod sacerdotio christi subdamur

devote et humiliter. Primum est huius sacerdotii ef

ficacia quia per ipsum introducimur ad celes

tia et hoc est quod dicit. Habentes fratres fi

duciam in introitu sanctorum i. celestium in sangui

nine christi qui est oblatio huius sacerdotii

quam initiavit nobis viam novam quia

nullus ante christum ascendit in celum et vi

ventem dicit. Hic via vivens efficaciter con

ducit ad vitam eternam quam christus inchoavit

viam autem istam ostendit. quia per velamen

id est per carnem suam quia caro christi in

cruce oblata erat quoddam velamen

ne divinitas. 2m autem quod debet nos movere

subiectionem perfecte est potentia huius sacerdotii.

quia christus non solum habet potestatem

super unam sed habet potestatem super totam ecclesiam

militantem et triumphantem. Et hoc est quod

ibi tangitur. Et sacerdotem magnum

super domum dei. Accedamus igitur. Hic ostendit

modum subiciendi nos sacerdotio christi. quia talis

modus est primo per veram fidem. Et tunc dicitur

Accedamus igitur cum vero corde absque fictione in ple

nitudine fidei quia non sufficit credere aliquos

articulos sed debet credere quicquid credit ecclesia. 2° per

susceptionem baptismi christi in quo homo profitetur se fidem

christi et illud tangitur ibi Aspersi corda a conscientia

mala quia abluti corpus aqua munda quia

baptismus non solum lavat corpus exterius sicut fiebat

ablutiones veteris legis sed etiam lavat animam intus

3° subitum christo per spem firmam et hoc est quod dicitur

Teneamus spei nostre confessionem indeclinabilem

ita quod non declinemus ab ea in prosperis sive in adver

sis. Et subdit causam huius firmitatis. Fidelis

enim est qui promisit scilicet deus qui non potest mentiri

Et ideo spes nostra debet ei firmiter inniti. 4° debemus

christo subici per caritatem. Licet enim caritas principaliter sub

iciat deo in maiestate per dilectionem christi sed secundum quod dicitur

i Joh. 4°. Qui non diligit fratrem suum quem videt.

deum quem non videt quomodo potest diligere. Ideo apostolus

loquens de caritate per quam debemus christo subici tangit

dilectionem proximi per quam manifestatur dilectio dei. dicens

Et consideremus invicem i. solliciti simus quilibet

de proximo in provocationem caritatis et bonorum operum

quantum ad promotionem in bono non deserentes collectionem

nostram i. cetum fidelium in pressuris tribulationis

et in hoc tangit sublevationem a malo quia

deserentes eos in tribulationibus non sunt veri christiani de

quibus subdit. Sicut est consuetudinis quibusdam

i. sicut christianis deserentes proximos in pressura

tribulationis sed consolantes oppressos debitis. Et tanto

magis quanto videritis appropinquantem diem scilicet equi

tatis vel iudicii. Cuius ratio est quia quanto plus fit

natura motus aut naturalis fortior est in fine

et sic debet esse de motu caritatis et gratie. Volun

tarie. Hic consequenter ponit ipsius subiectionis ratio

nem et divini timoris quia primo ponit deterrentem 2° dicit

venientem ibi Peccatorum prima in. dicit quod primo

inducit terrorem ratione subiectionis amplius. 2°

ratione districtionis iudicii divini i. Terribilis autem

Circa primum sciendum quod glosa hic distinguit inter illum

qui peccat volens et voluntarie. quia ille

qui ex passione consentit peccato peccat volens. Ille autem qui ex malicia et habitu inclinante voluntarie consentit peccato peccat voluntarie. Et propter hoc iste non penitet. quia operacio procedens ex habitu est delectabilis. primus autem penitet transeunte passione. Auxilium vero divine gratie non datur nisi penitentibus. Et ideo subdit. Voluntarie peccantibus. quia non penitent ut dictum est. Et hoc est quod dicitur. Voluntarie enim peccantibus nobis etc. Aliter potest exponi licet et magis ut videtur secundum intencionem apostoli. Ad cuius intellectum considerandum quod secundum sanctum Augustinum et alios sanctos doctores tempore ante lapsum liberum arbitrium non potest diu vitare peccatum mortale antequam repararetur per gratiam. postquam vero reparatum est potest vitare peccatum mortale. et ideo magis voluntarie cadit in peccatum reparatus per gratiam quam non reparatus propter quod non reparato adhibetur efficacius remedium ad tollendum peccatum scilicet baptismus qui aufert omnem culpam et penam. Sed si post reparacionem simplicem aliquis cadat in peccatum. iam non adhibetur sibi tale remedium. quia non est iterabile sacramentum. et hoc est quod dicit. Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam noticiam veritatis i. post baptismum qui est fidei sacramentum. Iam non relinquitur pro peccatis hostia i. mors christi non applicatur ei secundum totum effectum sicut fit per baptismum qui delet totum. eo quod in ipso configuramur totaliter morti christi. secundum quod dicitur Ro. 6. Consepulti sumus cum illo per baptismum in mortem etc. Terribilis autem hic ponit ad hoc rationem ex districtione divini iudicii. quod est valde terribile transgredientibus legem christi. et hoc est quod dicit. Terribilis autem quedam expectatio iudicii propter sue irretractabilitatem. et propter pene acerbitatem que tangitur ibi. Et ignis emulatio i. pena ignis ex emulacione et zelo divine iusticie infligenda. que consumptura est adversarios eos eternaliter cruciando. Et confirmat hoc per simile de lege moysi cuius transgressores puniuntur morte ut ex decursu veteris testamenti. et multo magis punientur transgressores legis christi. que quanto satisfactior est tanto eam oportet magis observari. et hoc est quod dicit. Irritam quis faciens etc. et post sequitur i. qui filium dei conculcavit mandata eius contempnendo. et sanguinem testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est. quod faciunt illi qui post baptismum revertuntur ad fomitem. et spiritui gratie contumeliam fecit ipsum abiciendo.

Aliter potest exponi de illis qui dicebant observacionem legalium esse necessariam ad salutem post baptismum et sic quodammodo conculcabant dei filium. dicentes ipsum impotentem ad salvandum nos per semetipsum et sanguinem eius. quasi parum pollutum dicebant. ex quo ipse non sufficiebat ad emundacionem peccatorum. et per hoc faciebant contumeliam gratie novi testamenti. Et quod tales mereantur a deo puniri probat per scripturam dicentem in persona dei Scimus enim qui dixit michi vindictam et ego retribuam etc. quasi et si iudices vindicent hoc. non conveniunt eis nisi inquantum sunt ministri dei. Et quia vindicta deo refertur. qui est fortissimus ad infligendum. et iustissimus ita quod non potest a iusticia flecti. ideo concludit Horrendum est incidere in manus dei viventis. Sed contra hoc videtur quod david preelegit potius incidere in manus domini quam in manus hominum. Dicendum est quod melius est incidere in manus domini peccantem ante iudicium finale quando est penitentia. et sic elegit david. Sed horrendum est post iudicium vel in iudicio quando agit ut deus ultor. Rememoramini. postquam apostolus induxit ad inherendum christo per voces deterrentes. hic inducit ad hoc per voces demulcentes ad modum boni medici qui post sectionem vulneris vel ulceris apponit unguenta mitigancia. Et quia ad benagendum memoria provocat commemoratio de bene gestis ideo primo eorum bona opera commemorat. secundo hortatur ad implendum quod restat ibi Nolite itaque. In prima igitur parte sic dicit Rememoramini pristinos dies i. primam conversationem vestram laudabilem. et statim tempore vestre conversionis ad fidem quibus illuminati per fidem et baptismum magnum certamen sustinuistis passionum et hoc dupliciter. uno modo in propria persona oppressiones sustinendo. et hoc est quod dicit Et in altero quidem i. uno modo certamen sustinuistis obprobriis et tribulacionibus spectaculum facti. Alio modo compaciendo aliis eorum talia sustinuerunt. et sic ipsi per compassionem afflicti sunt. et hoc est quod dicit In altero autem socii taliter conversantium effecti. quod

specificat magis in speciali. dicens Itum et vinctis compassi estis et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. Et quia talia non sunt propter se appetenda sed propter celeste premium pati enim tollanda sicut medicina amara propter sanitatem. Ideo sequitur Cognoscentes vos habere meliorem et manentem substantiam id est divicias celi que sunt meliores quia saciant appetitum et manentes quia non possunt auferri. Nolite itaque. Hic quartum exhortatur ad implendum quod restat et dividitur in duas quia primo facit quod dictum est 2° ad hoc inducit auctoritatem scripture ibi Adhuc enim. In prima parte hortatur eos qui ex bonis precedentibus debent moveri ad perseverandum in bono ne amittant boni precium et hoc est quod dicit Nolite itaque amittere confidenciam vestram id est firmam perseveranciam que magnam habet remuneracionem quia qui perseveravit usque in finem hic salvus erit Mt. 24°. Modus autem perseverandi tangitur dicitur Paciencia enim vobis necessaria est respectu malorum illatorum et respectu bonorum dilatorum ut voluntatem dei facientes id est eius mandata reportetis promissionem id est rem promissam que est beatitudo eterna. Adhuc enim. Hic ad propositum inducit auctoritatem scripture cuius principium habetur Aggei 2° et finis Abacuk 2° que coniungit apostolus ut ostendat eos uno spiritu locutos fuisse. Loquitur autem Aggeus de adventu christi ad mundum in carne apostolus accipit de eius in sensu mistico de adventu eius ad iudicium et sic venit christus dupliciter uno modo generale respectu omnium. Et licet a tempore Aggei usque ad generale iudicium sit tempus magnum tamen dicitur modicum respectu eternitatis. Alio modo venit christus ad iudicium particulare et hoc est in morte cuiuslibet hominis quia qualis in morte invenitur talis in iudicio presentabitur et usque ad talem christi adventum est tempus simpliciter modicum quia breves dies hominis sunt et hoc est quod dicitur hic Adhuc enim modicum aliquantulumque id est valde breve qui venturus est veniet in finali iudicio ad iudicandum veniet et non tardabit quia qualem recipiet hominem in morte que de proximo imminet talem ipsum in iudicio presentabit. Et quia soli iusti remunerabuntur ideo sequitur Iustus autem meus ex fide vivit per fidem enim anima primo vivit deo et ideo per spiritum de vita sic et corpus vivit per illud quod primo vivit anime. Et sicut corpus separatum ab anima moritur morte necessario sic anima per separationem. Quod si subtraxerit se a deo per culpam non placebit anime mee id est voluntati mee quia tendit a gratia dei. Ex dictis autem quod apostolus allegat hic auctoritatem Abacuk secundum translacionem lxx interpretum sunt insculpit sic Non autem erit anima eius recta in eo. Et est eadem sententia quia voluntas divina est regula recta humanorum actuum. Igitur qui se subtrahit ab illa non sit regula recta per quam habet animam non rectam. Consequenter concludit intentum Nos autem non sumus subtractionis filii id est subtractio peccati non debet dominari in nobis quia non aliquis filius eius quia dominatur in ipso sicut dicitur aliquis filius mortis eo quod initium mortis dominatur in ipso in perdicionem anime quia ad subtractionem eius peccatum sequitur mors. Sed fidei filii sumus renati per fidem et sacramenta et ideo fides formata debet dominari in nobis ad quam sequitur anime salus ideo sequitur in acquisicionem anime. Ad maiorem evidenciam eorum que dicta sunt in principio huius capituli queritur utrum sacramenta et sacrificia veteris legis iustificent. Et videtur primo quod sic per illud quod habetur Levitici 8°. Cumque sanctificasset eos Moyses et Aaron et filios eius de quorum ordinacione loquitur. Ex quo patet quod sacramentum ordinis in lege veteri sanctificabat et per consequens iustificabat quia idem est sanctificare et iustificare. Item secundum doctores sanctos in circumcisione conferebatur gratia quia mundabat ab originali culpa. Circumcisio autem erat sacramentum veteris legis. Ergo sacramenta veteris legis conferebant gratiam et per consequens iustificabant. Contra dicitur in textu Impossibile est sanguine taurorum et hircorum auferre peccata. Dicendum quod iustificacio proprie dicta de qua hic est questio est per gratiam gratum facientem que aufert culpam et facit dignum vita eterna. Talis autem iustificacio est a solo deo sicut a causa principali agente per illud psalmi Gratiam et gloriam dabit dominus. Et ideo si aliquod aliud iustificacionem operatur hoc est tantum per modum instrumenti. Instrumentorum

em dei est vnu coniunctum· aliud vero separatum· sicut
in artifice patet· Manus enim artificis est instrumentum
eius coniunctum· malleus vero separatum· sic in homine sunt quedam anime
organa siue instrumenta· Creatoris aut vel dei
fabri est eius instrumentum separatum· et per ordinem
huius duplicis instrumenti Separatum enim non applicatur
ad aliquod opus· nisi per motum realem instrumenti
coniuncti Humanitas autem Christi se habet ad diuinitatem
sicut instrumentum coniunctum· propter hoc damascenus
vocat ipsam organum diuinitatis· Et ideo operatur
ad iustificationem per modum instrumenti coniuncti Sacramenta
autem non possunt ad hoc cooperari nisi per modum
instrumenti separati· in quantum recipiunt virtutem a passione
Christi cuius humanitas ad nostram iustificationem
fuit applicata· Sicut quod dicitur Joh· i· Ecce agnus
dei ecce qui tollit peccata mundi· quia per hunc agni
immolationem fecit deus nostram iustificationem· Re
spectu autem huius virtutis non potest competere sacramentis
veteris legis· Cuius ratio est quia hec virtus recepta est per
realem motum instrumenti coniuncti ut dictum est·
Nichil autem potest mouere realiter aliquid antequam sit
in eo actu· Et ideo sacramenta veteris legis que precesserunt
incarnationem et passionem Christi· non potuerunt
ab ipso recipere virtutem cooperandi instrumentaliter
ad iustificationem· Sed sacramenta noue legis que
ipsam secuntur talem virtutem recipiunt· et ideo sunt
instrumenta iustificationis humane Considerandum tamen
quod licet antequam possit aliquid moueri per modum
efficientis et per realem motum antequam sit in actu
ut dictum est· potest tamen moueri per modum finis et per
apprehensionem sic finis apprehensus est principium
desiderii antequam sit in effectu Et hoc modo passio Christi
premonito incarnationis iustificauit patres veteris
legis· in quantum erat ab eis credita et
desiderata· quia per fidem mediatoris saluati sunt
Sacramenta autem veteris legis erant quedam protestationes
fidei ipsorum· et ideo significabant tamen fidem
per quam homines saluabantur· Sed non continebant
aliquam virtutem iustificantem sicut continent sacramenta
noue legis· Nisi accipiatur iustificatio large pro
emundatione corporali· impedimentorum que contrahebant
in lege veteri· sicut ex tactu mortui
vel cuiuslibet immundi· per quam reddebatur homo
ineptus ad introitum locum diuini cultus Sic
sacramenta veteris legis iustificabant quia tales
immundicias ammouebant· propter quod apostolus vocat

cerimonias legis iusticias carnis ut
supra dictum est ix· c· Et sicut dictum est de sacramentis
veteris legis· ita intelligendum est de sacrificiis
et oblationibus illius temporis propter quod dicunt
sancti quod sacrificia veteris legis erant accepta
deo ex fide et deuotione offerentium tamen· et non
ex ipsa re· Sed sacrificia noue legis ex re
sunt accepta ipsi deo· Ad primum dicendum quod illa
sacrificia non erant nisi quedam protestationes applicationis
ad diuinum cultum que non conferebant gratiam
licet fides ipsorum applicantium conferret· Ad secundum
dicendum quod circumcisione conferebatur gratia non
per ipsam circumcisionem sed per fidem tamen erat signum
sicut quod dicit apostolus Ro· iiii· c· Et abraham
accepit signum circumcisionis signaculum iusticie
fidei Sacramenta autem noue legis conferunt
gratiam ex opere operato· Ad tertium dicendum quod oblationes
et sacrificia veteris legis non auferebant
peccata sed fides et deuotio offerentium Et hoc
patet in veteri testamento seu lege ex modo loquendi
in oblatione enim hostiarum pro peccato iterum mentione
facta de sacrificio dicitur Et orabant sacerdotes
pro eo et dimittetur ei· quod dicit quod peccatum dimittebatur
non propter ipsum sacrificium sed propter fidem
ipsorum offerentium Capitulum vndecimum

Est autem fides &c· apostolus admonuit
fideles sibi Christo et ostendit quod talis
subiectio est per fidem ut ea que sunt
fidei libenter amplectantur· et diuiditur in tres
partes quod primo describit ipsam fidem 2º ponit
diuersa exempla circa ipsam ibi In hac enim
testimonium· 3º ad ea que sunt fidei hortatur
plebem katholicam in principio duodecimi capituli
ibi Ideoque· Prima pars ponit diffinitionem
fidei dicens Est autem fides substantia &c· Ad cuius
intellectum sciendum quod habitus cognoscitur per actus
eorum et obiecta· fides autem est habitus in
finitus Et ideo debet diffiniri per proprium actum
in comparatione ad proprium obiectum Actus autem
fidei est credere· qui est actus intellectus
assentientis ex voluntate imperio Quia
nullus credit nisi volens· sicut quod dicit Aug.
super Johannem Et ideo actus fidei est credere·
non solum habet ordinem ad obiectum
intellectus quod est verum sed et ad obiectum voluntatis
quod est finis seu bonum Habitudo igitur actus
fidei ad obiectum voluntatis designatur
in diffinitione apostoli cum dicitur Est autem fides substantia

sperandarum rerum. Res enim sperande continentur
in ipsa beatitudine cum sit status omnium bonorum
aggregatione perfectus. dicit boecius libro de consolatione.
Dicitur autem fides sperandarum substantia rerum. inquantum
est quedam inchoatio future beatitudinis. quia
fides est prima virtus infusa. sicut et in aliis
rebus prima pars rei de qua summo substantia eius
et maioria virtualiter aliquo modo continet
illa. sicut est in proposito. Per hoc enim separamus
beatificari quod videbimus et clare illud cui per
fidem nunc inherimus in enigmate. Similiter
autem actus fidei ad obiectum intellectus de-
signatur cum dicitur. Argumentum non apparentium.
quia obiectum fidei est veritas non visa.
cum secundum fidem non ex rei evidentia
sed ex auctoritate divina. Et sic patet diffinitio predicta.
quia data est per habitudinem actus fidei ad
obiectum intellectus et voluntatis. Siquis autem
velit predictam in formam diffinitionis reducere.
potest sic dicere. Fides est habitus mentis quo in-
choatur vita eterna in nobis faciens in-
tellectum assentire non apparentibus. Consi-
derandum etiam quod per verba apostoli predicta dis-
tinguitur fides ab omnibus que pertinent ad
intellectum. Per hoc enim quod dicitur. Argumentum
quod est firma adhesio intellectus. distinguitur
fides ab opinione suspitione et dubitatione
in quibus non est firma adhesio intellectus.
Per hoc autem quod dicitur. Non apparentium distinguitur
a scientia et intellectu per que sit aliquid apparens.
Per hoc autem quod dicit. sperandarum substantia rerum
distinguitur virtus fidei a fide communiter assumpta
que non ordinatur ad beatitudinem speratam.
Et propter eandem rationem predicta diffinitio fidei
bona. quia sicut diffinitur differre ab
omnibus aliis. In hac enim posita fidei dif-
finitione sicut consequenter ponit apostolus exempla de
fide. Et primo sicut hoc in generali. Secundo in speciali
ibi fide intelligimus. In prima quod premittit
dicit quod patres veteris testamenti habuerunt
testimonium bonitatis a deo propter meritum fidei.
Unde Genesis 15 dicitur de abraham Credidit
abraham deo et reputatum est ei ad ius-
titiam. Et hoc est quod dicit apostolus In hac
enim fide testimonium consecuti sunt seniores
id est antiqui patres. fide intelligimus. Hic consequenter

ponit exempla specialia fidelium in speciali et dividitur in quatuor
partes quia primo ponit exempla de hiis qui crediderunt
et docuerunt. Secundo de hiis qui ex fide aliquid fecerunt ibi
fide abel. Tertio de hiis qui propter fidem passi sunt
ibi Alii distenti sunt. Circa primum considerandum
quod doctrina veteris testamenti duplex fuit. Una ma-
nifesta scilicet de unitate dei et de creatione mundi
Alia occulta sub velamine figurarum scilicet de incar-
natione verbi. Et quia scribebat apostolus omnibus
hebreis ad fidem conversis. ideo primam tamquam omnibus
communem tangit dicens. fide intelligimus aptata esse
secula verbo dei. quasi dicat. Sicut antiqui crediderunt omnia
esse producta et disposita per verbum dei. sic habetur
Genesis 1. Dixit deus fiat. Et factum est ita. Et nos
credimus. Productio enim creaturarum et ordinatio eorum
quo debeat loqui scriptura. utpote tam ipse et non
ante fuit producta. est articulus fidei et non potest
demonstrari. licet productio mundi ab eterno probari
posset. Ut ex invisibilibus visibilia fierent. quia
enim antiqui philosophi fuit Ex nichilo nichil fit
Et ideo anaxagoras posuit latitationem
formarum in materia. Avicenna autem influxionem
formarum ab intelligentia. Plato autem posuit
formas secundum esse separatas a materia a quibus
procedebant materialia. Contra quod est posuisset eas
in mente divina. que sunt invisibiles forme et
procedunt ab ipsis omnia visibilia. sicut archa
facta visibilis ab exemplari invisibili quod
est in mente artificis. Unde boecius 3 de consolatione.
Tu cuncta superno ducis ab exemplo pulcrum pulcher
ipse mundum mente gerens similique imagine
formans. Et hoc est quod dicit apostolus Ut ex
invisibilibus etc. Fide plurimam. Hic consequenter ostendit
quod patres ex fide fecerunt et dividitur in 3 partes quia primo
hoc ostendit de patribus qui fuerunt ante diluvium
Secundo qui post usque ad legem datam ibi fide qui
vocatur. Tertio de hiis qui fuerunt sub lege data fide
moyses. Ante diluvium tres patres specialiter
commendantur de fide scilicet abel. enoch et noe.
et ideo secundum hoc prima pars dividitur in 3 partes secundum quod
que ponit de istis tribus. Secunda incipit ibi Enoch fide
tertia ibi fide noe. Circa primum considerandum quod ex
magnitudine fidei abel processit quod de melioribus
primitiis deo obtulit ut habetur Genesis 4. Et hoc
est quod dicit Hic fide plurimam id est meliorem
hostiam abel quam cayn obtulit deo per quam

testimonium consecutus est esse iustus quia fides per di-
lectionem operans iustificat testimonium perhibente
muneribus eius deo quia ignis descendit de
celo super hostiam eius in signum acceptationis
diuine vt et Gen 4° dicitur Respexit deus ad abel
et ad munera eius Translacio theodicionis sic habet
Et flammauit deus super abel et super munera eius
Et per illam defunctus adhuc loquitur Vig^m san-
guis monet nos ad fidem et deuocionem. potest etiam
hoc referri ad illud quod dicitur Gen 4° Ecce vox
sanguinis fratris tui abel clamat ad me de terra
·condit innocentem fidelis morte digna esse
vindicta Fide enoch Hic ponit exemplum de fide enoch
et diuiditur in duas quia primo proponit intentum 2° probat i-
bi ante translacionem. Dicit ergo quod fides enoch patet ex
hoc quod a prioribus fuit segregatus et in paradi-
sum translatus et hoc est quod dicitur fide i. per meritum
fidei Enoch translatus est ne videret mortem
aliorum s. in diluuio et etiam suam. quia non est
mortuus nec morietur nisi in fine mundi quia omnes
sumus debitores mortis ex transgressione primorum
parentum et non inueniebatur inter homines priores
quia transtulit illum deus ad paradisum terrestrem
ubi conseruatur vita eius usque ad finem mundi Ra-
cio huius est. quia vetus testamentum ordinatum
ad promissionem noui testamenti In nouo autem testamento
expresse promittitur vita eterna. et ideo ut in veteri
testamento daretur spes vite eterne. mors enoch
dilata est tempore legis nature et mors helie tempore
legis date. ut habetur 4° Reg. 2° Totum autem vetus
testamentum decurrit per ista duo tempora Ante translacionem
Hic quantum probat quod enoch translatus fuit propter meritum
fidei et facit talem racionem Nullus potest placere deo
nisi fide Sed ante translacionem enoch placuit deo ut
habetur Gen 5° Enoch cum deo ambulauit Ergo habuit
fidem propter quam translatus est propter ibidem subditur
Gen 5° Tulit eum deus. et hoc est quod dicitur Ante
translacionem [illegible] ex dictis Credere enim
Hic probat quantum quod nullus placeat deo nisi per fidem.
quia per hoc quod aliquis placeat deo oportet quod
accedat ad ipsum Iste autem accessus est per fidem
quantum ad 4. Considerandum quod in omni motu uel acces-
su mobili duo intendit. scilicet terminum motus et
causam quietis mouet In accessu autem ad deum
qui est per fidem terminus est ipse deus et quantum ad hoc dicitur

Credere enim oportet accedentem ad deum quia
est Unus deus eternus presens. dicitur Exo 3° Qui
est misit me ad vos Secunda autem quod homo
mouetur in deum est spes remuneracionis
eterne et quantum ad hoc dicitur et inquirentibus se re-
munerator sit Ista enim duo s. credere dei unitatem
et eius remuneracionem eternam sunt necessaria
ad salutem semper ad omnes Nec plus re-
quirebatur ad salutem gentilium qui nullam
legem receperunt a deo nisi legem nature. Sed
contra hoc videtur esse dicendum Aug. lib. de correctione
et gratia Ubi dicitur sit fides illa sana est qua
credimus nullum hominem siue maiorem siue par-
uum liberari a contagio mortis et obliga-
cione peccati nisi per mediatorem dei et hominum ihesum
christum. ergo credere misterium incarnacionis christi
fuit necessarium ad salutem et omnibus genti-
bus Dicendum quod misterium incarnacionis christi potest credi
dupliciter Uno modo explicite et sic tenebantur
credere illa quibus facta est de hoc reuela-
cio sic in veteri lege tamen sacerdotes scripture sciencie
tenebantur magis credere et cognoscere quam alii
Et adhuc in noua lege tenent magis
prelati in quantum per se explicatum est misterium
christi Alio modo potest credi misterium incarnacionis christi
implicite. et ad hoc solum tenent gentiles
quia non erant obligati ad legem moysi
Talis autem fides implicita de misterio incar-
nacionis continetur in duobus predictis quia qui
credit eternum deum remuneratorem inquirentium
ipsum. credit ipsum habere prouidenciam de sa-
lute hominum licet modus huius prouidencie
explicite non cognoscat modus autem per quem
non deus prouidet saluti hominum est per incar-
nacionis misterium Ex quo patet quod fides in-
carnacionis implicite continetur in predicta cre-
dulitate gentilium Videtur etiam aliqui quod deum
esse non sit creditum quia apostolus demonstra-
tum. Dicendum quod multitudo hominum non capit tales
demonstraciones sed pauci Et ideo licet non sit
credibile simpliciter quia non est credibile
omnibus. est tamen pluribus credibile Apostolus
autem loquitur de fide. Vig^m respicit quanti-
tatem hominum Fide Noe Hic ponit exemplum
de fide Noe. de quo dicit Gen 6 ex fide quinque
fecit primum est quod de futuris contingentibus

credidit. cum tamen crederet pro ipso fuit cir
sum periclitatum a deo quod mundus periret
per diluuium in futuro. et quartum ad hoc dicitur fide
noe responso accepto de hiis que adhuc non
videbantur. 2m est quod credens adimpleri
dominum dei timuit. et hoc est quod subditur
metuens. 3m est quod ad mandatum dei im
plendum fecit archam. et hoc est quod dicitur
aptauit archam .i. aptam fecit habitacionem
hominum animalium et auium. secundum preceptum dei ut
habetur Gn. 6o. 4m est quod pereuntibus aliis sal
uari in ea domo sua fecit. et hoc est quod
dicitur in salutem domus sue. 5m tangitur
cum subditur per quam dampnauit mundum
.i. incredulos dampnabiles ostendit per salutem
suam in qua solus cum suis saluatus est.
Et quantum ostendit quod constitutus est ex hiis que
per fidem fecit cum dicitur Et iusticie que per fidem
est heres institutus quia in diluuio
totus mundus reliquus periit. et ideo in ipso
et filiis eius tantum remansit. Fide qui vo
catur hic quantum ponit exempla fidei in patribus
qui fuerunt post diluuium usque ad legem da
tam et diuiditur in 4or partes quia primo ponit
exemplum de abraham 2o de ysaac ibi fide et
de futuris 3o de iacob ibi fide iacob 4o de
ioseph ibi fide ioseph. isti autem specialiter com
patres iudeorum. tres autem precedentes fuerunt
patres tam iudeorum quam gentilium. Prima in
4 quia primo ostendit fidem abrahe quantum ad hu
manam conuersacionem 2o quantum ad diuinam obe
dienciam ibi fide obtulit. Prima in tres quia
primo ostendit quod abraham ex fide fecerit
quantum ad inhabitacionem 2o quantum ad generacionem
ibi fide et ipsa sara 3o quantum ad conuersacionem
suam ibi iuxta fidem defuncti. Circa primum
dicit quod magnitudo fidei abrahe ex hoc
patet quia statim ad iussum domini iuit ad
terram alienam sibi a deo promissam ut habetur
Gn. 12o et per totam vitam suam habitauit
in illa ut peregrinus et aduena. quia ut
dicitur Act. 7. Deus non dedit ei hereditatem
nec passum pedis. et in semper firmiter
credidit diuinam promissionem implendam.
hoc est quod dicitur. Fide qui vocatur abraham

obediuit ipsi deo in locum exire quem accep
turus erat in hereditatem et exiit nesciens
quo iret illam terram alias non videns.
Fide demoratus est in terra repromissionis tam
quam in aliena et quod in illa mansit ut aduena
patet quia non mansit in domo firma sed
in casulis et in tabernaculis que sunt mansio
nes mobiles et hoc est quod dicitur in casulis
habitando cum ysaac et iacob coheredibus
repromissionis eiusdem quia et ipsis promissa
est terra illa sicut et ipsi abrahe ut habetur Gn. 3... et
31o. Cum autem abraham habitauit cum ysaac
patet quia ipsum genuit et nutriuit. Cum autem habi
tauit cum iacob nepote suo probatur sic quod abra
ham vixit 175 annis ut habetur Gn. 25o. Cen
tesimo autem anno vite sue genuit ysaac
ut habetur Gn. 21o. ysaac autem fuit sexagena
rius quando fuit natus iacob ut habetur Gn. 25.
Et sic patet quod abraham vixit cum iacob 15
annis vel plus. reddit causam quare sic habitabat
ut aduene. quia nichil reputabant aliud
quod esset super terram sed expectabant mansionem
celestem. et hoc est quod dicitur Expectabat enim
ipse abraham cum heredibus suis ciuitatem
Mansio enim celestis ipse dicitur ciuitas .i. ciuium
vnitas propter plenitudinem pacis habentem fun
damenta hoc dicitur propter eius immobilitatem secundum
quod dicitur ys. 33. Oculi tui videbunt ierusalem ci
uitatem opulentam. tabernaculum quod nequaquam
vlterius transferri poterit cuius artifex et conditor
est deus. vi et ab ipso nomen accepit secundum quod
scribitur Ezech. vlt. Nomen ciuitatis deus ibidem
sic Roma a romulo vocatur. Fide et ipsa Sara
hic quantum ostendit fidem abrahe quantum ad generacionem.
fuit enim generacio de sara difficilis propter duo primo
quia erat sterilis ut habetur Gn. 11. 2o quia
erat extra tempus concipiendi Desierant enim sare
fieri muliebria ut habetur Gn. 18o et in abra
ham in prima promissione firmiter credidit ex
ea filium habere. ex quo patet magnitudo fidei sue
Et hoc est quod dicitur Fide scilicet abrahe et ipsa sara
sterilis a iuuentute virtutem seminis in concipiendo
accepit a deo miraculose et preter tempus etatis
et ideo fuit ibi duplex miraculum. qui fidelem

credidit ipse abraham eum esse qui repro
misit. Et aut illud sit sim propter fidem abra
he et non ppt fidem sare plus sit quia sara
audiens nuncium de suo gceptu non credidit
sed magis frivolum reputauit et io sic de re
frivola risum emisit propter qd angelus eam
reprehendit ut habet Gen. xviii. Sed aut abraham
audito gceptu sare filii risit non fuit ex dif
fidencia sed ex gaudio precedente ex diuina pmis
sione et io non fuit reprehensus sic sara et ideo
sequitur Propter qd et ab uno i. ab abraham et hoc emor
tuo quia iam senilis et ad gnandum fere
ineptus. Dico fere quia postea genuit filios
ex cethura ut habet Gen. xxv. quia alii gtingit quod
ille qui ppt senectutem suis est ei ineptus ad
gnandum gnat tn propter bonam mulieris
aptitudinem ad gcipiendum orti sunt tamquam
sidera celi in multitudine et sic harena que est
ad oram maris innumerabilis. De abraham
eni sunt orti multi boni et mali. ppt hoc com
parat multitudinem stellarum ppt bonos et multitudinem
harene quantum ad malos Iuxta fidem hic gcl
udit quod abraham et ysaac et iacob pfidem
fecerunt quod isti ita laudabilem gversati sunt quod
usque ad mortem in vera fide permanserunt et hoc
est qd dicitur Iuxta fidem qui sentes fidem sociam
defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissio
nibus Ex quo patet firmitas fidei ipsorum Sed gt
hoc videtur esse illud qd scribitur Ezech. 23. Unus
erat abraham et iure hereditario possedit terram.
Dicendum quod sic debet intelligi possedit i. possidendi
prius promissionem accepit non tn actu possedit.
quia ymmo non habuit passum pedis ut dicitur
Act. 8. et ppt hoc sequitur Sed alonge eas aspicientes
et salutantes et gfitentes quia peregrini et
hospites sunt super terram. loquitur ad similitudinem
nautarum qui existentes in mari et alonge aspi
cientes portum gaudent et salutant Sic
patres veteris testamenti videntes alonge impletionem
misterii xpi gaudebant ppt qd dicitur Ioh. 8. Abra
ham pater vester exultauit ut videret diem meum etc.
Et quia alonge erant ab eo propterea io gfitebant
se esse aduenas et peregrinos ppt hoc abraha
dixit Gen. 23. Aduena et peregrinus sum apud
vos etc. Et iacob dixit Gen. 47. Dies peregrinationis

vite mee etc. Et propter hoc ostendebat relinque
re patriam terrenam tamquam fluctuam patriam pstam inquirere
Et hoc est qd dicitur Qui enim hoc dicunt significant
se patriam inquirere Sed quia posset aliquis
dicere quod propter hoc confitebantur se peregrinos
quia exierant de caldea uel de mesopo
tamia quas terras reputabat patriam
suam ideo hoc excludit apostolus dicens Et si
quidem illius meminissent de qua exierant
habebant utique tempus reuertendi quia non
tm distabant a mesopotamia uel caldea
unde exierant quin de facili possent illuc
reuerti Et io non loquebantur de illa patria ex
describit dum exierant ppt qd abraham dixit
servo suo Gen. 24. Caue ne filium meum
reducas illuc Et licet iacob in meso
potamia iuerit hoc non fuit ad semper man
nendum sed per tempus ppt odium fratris sui et ad
querendum uxorem Et io gcludit apostolus
quod non loquebantur de patria terrestri sed celesti dicens
Nunc aut meliorem appetunt i. celestem.
Et quia in terra adhuc positi reputabat
se de patria celesti moribus in actu fidei
ideo deus voluit nominari deus ipsorum ex
amore et fide spirituali Et hoc est qd subditur
ideo non gfunditur deus vocari deus eorum sicut
habetur Exo. 3. ubi deus loquens moysi dixit
Ego sum deus abraham deus ysaac
et deus iacob. Sic enim nominatur rex a
ciuitate sua principali cuius regnum suum se ex
tendat ad alia sic in scriptura dicitur Rex ierusalem
Rex hibie et huiusmodi Sic deus ab istis
voluit denominari et quia hii et similes
denominabant uel ostendebant se esse de ciuitate
celesti ut dictum est io sequitur parauit eni illis
ciuitatem. scilicet celestem Fide obtulit Hic ostendit
quod abraham ex fide fecit quantum ad obedi
enciam diuinam Deus eni pmiserat ei
multiplicationem seminis per ysaac Gen. 22. et
21. tn ad preceptum domini voluit eum ymmo
lare. Ex quo patet magnitudo fidei abrahe.
quia firmiter credebat pmissionem dei im
plendam de multiplicatione sui seminis
per ysaac et ipso ymmolato non restabat
alius modus nisi per resuscitationem eius ex
quo patet quod abraham credidit resurrectionem mortuorum

In qua consistit unus de maioribus ar-
ticulis fidei. et non solum credidit resurrectionem
generalem futuram in fine mundi sed etiam hanc specia-
lem resurrectionem filii sui ad impletionem divine pro-
missionis. et hoc est quod dicitur Fide obtulit abra-
ham ysaac id est offerre voluit sed divinitus
impeditus fuit cum temptaretur. temptat
enim dyabolus. homo. et deus sed diversimode
quia dyabolus temptat ut decipiat.
homo ut cognoscat. deus ut cognoscere
faciat. et sic temptavit abraham ut
fides eius et obediencia notificarentur
nobis ad exemplum imitationis. et unige-
nitum offerebat. hoc dicit quia habebat
iam alium filium sed solum per literam sequentem
qui susceperat promissiones etc. quia promissum
fuit abrahe quod semen eius nominaretur per
ysaac tantum. et ideo erat unigenitus quantum
ad istam condicionem vel aliter dicitur unigenitus
ex matre que non habuit alium filium arbi-
trans id est iudicans et firmiter credens quia
et a mortuis eum suscitare potens est deus
Et ideo oblacio ysaac fuit figura mortis
et oblationis christi. Sic enim aries herens in
spinis cornibus ymolatus est ysaac
ymolata sit humanitas christi adherens divinitati
cui scilicet est divinitati impassibili coniuncte
Et hoc est quod dicitur unde eum et in parabola
accepit id est abraham per oblationem filii sui
figuram passionis christi intellexit. Fide et
de futuris Hic ponit exemplum de fide ysaac qui
ex fide futurorum benedixit filiis suis et hoc
est quod dicitur Fide et de futuris benedixit ysaac
iacob et esau. Dum tamen illi [illegible]
Et ysaac vidit in spiritu hanc benedictionem
habere efficaciam in futuro quia non habuit effectum
in personis duorum fratrum quia esau non
servivit iacob sed habuit effectum in duobus
populis descendentibus ab ipsis quia ydumei
servierunt filiis israel tempore david ut habetur 2o
Reg. 8o. Fide iacob Hic ponit exemplum de ia-
cob qui benedicendo filios filios joseph
preposuit effraym qui erat iunior ipsi
manasse Gen. 48o. Quia per revelacionem

+ hoc habetur Gen. 27o. ubi dicitur quod in benedictione sua preposuit iacob ipsi esau.

habuit dignitatem regiam ad effraym
transferre. et hoc fuit impletum in Jeroboam ut
habetur 3o Reg. 12o. Et huius impletionis iacob habuit
firmam fidem. et hoc est quod dicitur Fide iacob
moriens singulos filios joseph benedixit Ha-
buit et iacob fidem de sepultura et resurrectione
fienda in terra promissionis propter quod adiuravit
joseph ut faceret illuc corpus suum deferri post
interitum suum gratias agens adoravit deum
conversus ad caput lectuli secundum translationem Jeronimi
ut habetur Gen. 47o. Translacio vero lxx quam apostolus hic
allegat Et adoravit fastigium virge eius
Et utraque est vera quia adoravit versus caput
lectuli quod erat contra occidentem ad quam plagam
orant iudei. Et quia erat senex habebat baculum
super summitatem cuius innitebatur adorando deum
Unde et non intelligitur quod adoravit summitatem
virge vel baculi sed adoravit deum innitens super
baculum Aliter exponitur de baculo iacob quod portabat
sceptrum in signum potestatis sibi date super
egiptum Et hoc sceptrum accepit iacob quod joseph
cepit intrare. et postquam intravit antequam redderet
ipsi joseph adoravit deum innitens super
summitatem sceptri illius Aliter potest exponi magis
proprie literam quod adoravit sceptrum joseph non ipsum
et alius sed magis quod erat signum et figura potestatis
christi. Sic et nos adoramus crucem christi que est signum
christi Fide joseph Hic ponit exemplum de fide joseph
qui moriens ex fide fecit memoriam de exitu
filiorum israel de egipto ut habetur Gen. 50. Et hoc
est quod dicit Fide joseph moriens de profectione
filiorum israel memoratus est Et fidem habuit
de sepultura et resurrectione in terra promissionis
complenda. Et ideo mandavit ibi portari ossa sua
ut esset particeps illius resurrectionis. Quia christo
resurgente multi sanctorum patres resurrexerunt ut
habetur Mat. 28o. Et hoc est quod dicit Et de ossibus
suis mandavit Sed queritur. quare non pre-
cepit statim post mortem suam portari illuc. Dicendum
quod adhoc duplex ratio assignatur Una est quia
fratres sui non habebant tantam potestatem sicut
ipse. ideo non poterant facere de ipso sicut ipse fecerat
de patre suo Alia est quia ipse per revelationem
sciebat filios israel multa dura passuros

in tra egipti · et io ad consolacom corp voluit
ibidem ad tempus sepelici vel ponis reponi-
ut ibid de quia p hoc hebant spem exeundi
ex prophecia ioseph · Unde et moyses educens
filios isrl de egipto · tulit secu ossa ioseph ·
ut habetur Exo · 13° fide moyses Hic gnt pom
exem pcm · qui fuit tpe legis que sub moy
se data est · ut de Josu · 1° lex p moysen &c Hoc
aut tempus distinguit in tria · primi tpe sunt
an exitum egypti 2m in exitu 3m post exitu
primo · pomit exem de hoc qd fcm est an exitu
2° de hoc qd in exitu · i · fide relicq egiptum
3° de hoc qd fcm est post exitum in terram p
missionis ibi Et qd adhuc dicam prima m · d
q pmo ondit qd fcm sit ex fide in natiuitate
moysi 2° qd ipe moyses · i · Grandis fcus Circa
pm sciend qd filij isrl ex pphia ioseph · firmit
crediderunt liberari de affliccione egipti · p aliq
de ipso suo cu dei adiutorio Et ideo parentes
moysi videntes eum elegantem pre ceteris pter
solitum modum · iudicauert virtutem dei esse
in illo ad liberacom ppli · et ex hac fide finaue
runt eum cont regis edictum exponentes
se pclo psonaz suaz · et hoc est qd dicit
fide moyses natus occultatus est tribus mesibus
a parentibus suis Exo fide em pntu fcm e hoc ·
non ex fide moysi qui no hebat adhuc iudi
cium racois · et eis subdit Eo qd vidissent ele
gantem infantem · i · aptum ad liberandum pplm
deo hoc eis inspirante · et no timuert regis
edictum qui precepit oms masclos pici in flu
mine · cont hoc het Exo · 2° Et parentes moy
si pumore regis posuert eum in flumine · et sic
exposuert eum morti · qd no fecert hoc ad
ipm interficiendum sic precepat rex · s no potant
amplius ipm celare · timebant pbabilit ne
inuenires ab eis Et io in hi cau tm indicaumt
ipm expone dne custodie in fiscella hiti
mincita · credentes ex ea fide · qd deus faceret
cum ubi deficiebat humanum studium seu pru
dencia qui in talibus no deficit Fide moyses
Hic gnt ondit qd ex fide moyses fecit · quia
adoptatus a filia pharaonis ut he Exo ·
2° Et adultus fcus visitauit filios israhel ·

et videns vir egipcium percucientem vnum
de filijs isrl interfecit eum · et sic p hoc fcm
negauit se esse filium pharaonis · et hoc · i · filie
pressit ex magnitudine fidei eius · quia de
filijs isrl credebat xpm nasci · et hoc e
qd de fide · i · p fidem moyses grandis fcus
· i · adultus negauit se esse filium filie pha
raonis interficiendo egipcium Et subiungit
duo difficilia ad sustinendum · que pelegit
sustinere ex fide · primi est quia magis
voluit affligi temporalr cum dei cultoribus
qm iocundari cum ydolatris · et hoc e qd
de · magis eligens affligi cum pplo dei · i ·
cu filijs isrl · qui colebant deum · qm tempal
peccati hre iocunditatem · i · p spitate egip
cioz cu pcto possidere · et hoc est qd dicit
maiores diuicias estimans improperium
xpi · i · paupertatem et vituperium p fide x
venturi sustinere thesauro egipcioz · i · qm thesau
ros hui mundi possidere · Et subdit cam qr
moyses tam diu pacient sustinebat · s ·
Aspiciebat em oculis cordis in remunera
cionem future beatitudinis · sic amara pocio
libenter sumit no ppt se · s ppt finem · sc im ad
sanitatem futuram Fide reliqt Hic gnt
ondit qd fcm est ex fide in exitu de egipto ·
et diuiditur in 3es · p · qr pmo ondit qd ex fide
fcm sit in pparacione exitus 2° qd in ipo ex
eundi · i · Fide celebrauit 3° qd fcm e in exitu
de deserto ingrediendo terram pmissionis
i Fide muri iericho Circa pm aduertend
qd moyses bis exiuit primo exiuit occulto
egipto et de illo exitu no loquit hic qr
ex timore regis tunc exiuit ut habet
Exo · 2° Scdo exiuit de egipto ducendo
secu omnes filios isrl · et de illo exitu lo
quit · quia tunc no timuit regem nec psec
utorem ut het Exo · 14° qr tunc filijs isrl
dicit Nolite timere &c Et hoc e qd de · Fide
reliquit egiptum no veritus animositatem
regis Et reddit cam quare no timuit
q · Inuisibilem em sustinuit · i · deum qui
inuisibilis fideliter expectat tamqm
videns in spu eius auxilium inuiabile

effectum uel affectum ut quod dicit psalmista venite et videte magnalia dei que fecit Exodi 14º. Et hoc totum processit ex fide que est de non visis. Fide celebravit

Hic ostendit quod factum sit in modo exeundi et dicitur in d. p. quia primo ostendit quod factum sit in dispositione exeundi 2º in actu transeundi ibi fide transierunt mare. Circa primum considerandum quod dispositio filiorum israel in exeundo fuit agni pascalis immolatio cuius sanguine liniti sunt super liminaria et postes domorum filiorum israel ne interficerent ab angelo qui percussit primogenita egiptiorum ut habetur Exodi 12º. Et hoc est quod dicitur fide celebravit pascha id est immolationem agni pascalis que fuit figura immolationis christi in cruce secundum quod dicitur 1 Cor. 5º. Pascha nostrum immolatus est christus quia per eius mortem et sanguinis effusionem sumus liberati ab angelo id est potestate dyaboli sicut filii israel per immolationem agni pascalis et effusionem sanguinis eius in postibus et superliminaribus domorum sunt liberati ab angelo percutiente primogenita egiptiorum. Et hoc est quod dicitur Ne qui vastabat primitiva egiptiorum tangeret eos. Fide transierunt

Hic tangitur modus exeundi ex fide contigerunt duo miracula. Unum fuit quod mare sicco pede transiert et hoc est quod dicitur fide transierunt mare rubrum tamquam per aridam terram. Aliud fuit quia mare sicco aqua erat pro muro a dextris et a sinistris ut habetur Exodi 14º. Hoc etiam patet quod egiptii devorati sunt. Talia autem contingunt ex fide quia opera talia miraculorum attribuitur fidei secundum quod habetur Matth. 18. Si habueritis fidem ut granum sinapis dicentis monti huic transi hinc et transibit et nichil impossibile erit vobis. Fide muri

Hic ostendit quod factum sit per fidem in exitu de egipto in ingrediendo terram promissionis et dividitur in d. quia primo ostendit quod factum sit per fidem populi israel 2º quod factum sit per fidem raab ibi fide raab. Circa primum sciendum quod miracula in civitate Jericho aliud fuit ex parte populi scilicet tubis circuitus civitatis septem diebus ut habetur Josue 6º quia ex mandato dei tunc fecerunt hebrei credentes firmiter promissionem dei impleri de miraculosa captione civitatis. Aliud fuit ex parte ipsius dei scilicet quod muri Jericho divina virtute subito corruerunt et hoc est quod dicitur fide muri Jericho corruerunt circuiti dierum septem. Per hoc significatum fuit quod impedimenta que nobis cadunt per contrariam potestatem cuius contrarietas per septenarium significatur. Unde dicitur 2 Cor. 10. Arma militie nostre non sunt carnalia sed potentia dei ad destructionem munitionum. Fide raab

Hic ostendit quod factum sit ex fide ipsius raab que exaudita miraculorum factorum intuitu filiorum israel per mare rubrum que est in aliis mirabilibus que eis acciderunt credebat firmiter civitatem Jericho tradendam divina virtute in manu populi israel et eandem fidem confirmavit ex qua meruit liberari a morte cum sua consanguinitate ut habetur Josue 6º et hoc est quod dicitur fide raab meretrix sic enim cognominata est non periit cum incredulis id est cum aliis civibus Jerichonum qui credebant civitatem posse defendere contra deum israel excipiens exploratores cum pace quia eos salvavit ut dictum est. De ista raab dicunt aliqui ad litteram quod erat meretrix et sic exploratores melius poterant ingredi domum eius vestre quia tales mulieres indifferenter omnes recipiunt. Et ipsi in civitate positi poterant licite ad eam ingredi non propter luxuriam exercendam sed ad vitam propriam conservandam. Ipsa enim minus poterat suspicari de receptione eorum quam alii de civitate cum ipsa omnes indifferenter reciperet et sub exploratorum non debebat periclitari per mortem alterius non intrant domum istius temporibus esset meretrix. Sed hoc non videtur probabile quia tales meretrices parum habent de fidelitate. Et iterum non videtur probabile quia exploratores filiorum israel erant sapientes homines confidentes in tali muliere de conservatione vite sue. Ideo dicunt alii quod tunc non erat meretrix sed ante fuerat propter quod tale nomen sibi remanserat. Sed hoc non videtur verum quia tales meretrices quamvis penituerint reputantur in genere plebe persone

viles. Et ideo si fuisset meretrix non fuisset
iuncta in matrimonio ipsi Salmon, qui erat
nobilior in toto populo israel, cum esset princeps
nobiliorum tribuum, scilicet tribus iude. Quia nobi
les iudei abhominantur talibus personis in matri
monio iungi. Et ideo melius videtur dicendum quod non
erat meretrix nec fuerat, sed tamen tale cognomen
habebat. Multi enim cognoscunt aliquo cog
nomine cuius proprietate numquam habuerunt in re, sicut
aliquis potest alicuius cognominari rex vel comes
vel aliquid huiusmodi. Item aliter potest dici et melius
ut credo. Advertendum secundum litteram quod Josue 2° ubi
agitur de raab dictio hebraica sibi adiuncta
sonat sic: quid dona et sigt propterea quod
Et quia meretrix est in prompto ad offerendum
corpus suum, ideo hoc nomen tractum est ad significandum
meretricem. Et similiter quia mulier hospitalaria
prompta est ad attrahendum intrantes hospi
cium suum, tractum est idem nomen ad standum
pro hospitalaria. Ubi Josue 2° translatio nostra habet
ingressi sunt domum meretricis, translatio caldei
ca habet domum mulieris hospitalarie. Et talis
fuit raab, propter quod exploratores declinave
runt ad domum suam ad hospitandum. Ad
auctoritatem vero Jeronimi qui dicit supra 11.ª quod ponitur
in genealogia salvatoris sic: sic mulieres repre
hensibiles solum supra 11.ª diffusius patet etiam
dici breviter quod hoc dicit Jeronimus non propter vitium
meretricis, sed quia fuerat aliena et de ydolatris
nata. Hec etiam dici de ipsa Ruth 3° Scit omnis
plebs qui habitat intra portas urbis mee te esse
mulierem virtutis. Et quid adhuc dicam hic ponitur
epistola de fide post exitum de egipto terra
promissionis iam obtenta, 9. Et quid adhuc
dicam, q. d. multa possent exponi ex epistola de fide
de promissis ad que enarranda non sufficeret vite
mee. Et hoc est quod dicit: Deficiet enim tempus
mihi enarrantem, i. mihi possem enarrare per
singula. De gedeon etc. Enim credens promissioni
boni dei cum tercentis hominibus confidenter
pugnavit contra exercitum maximum ipsius madian

ut habetur Judicum 7°. Barach quasi
credens prophetie debore ivit cum populo
inermi ad pugnandum contra Sizaram,
Judicum 4°. Jepte qui ex fide ivit ad pug
nandum contra filios Amon, Judicum 11°. Unde
ibidem dicitur: Factus est ergo super Jepte spiritus
domini. Et postea autem filiam suam indiscrete
et crudeliter occidit, ut dicit Augustinus. Credendum
est quod penituit ipse, quia ponitur hic in ka
logo sanctorum. Hebrei autem dicunt quod non occi
dit eam, sed sacrificavit eam domino per
observantiam virginitatis, secundum consilium sapien
tum illius temporis, sicut plenius dictum est Judicum
11°. Et eadem modo dicendum est de Gedeone, qui
fecit ephod contra preceptum domini, ut habetur
Judicum 8°, sed penituit ante mortem. Et sic
dicitur generaliter. Tamen aliter potest dici probabiliter
scilicet quod non fecit contra preceptum domini in illo
ephod, sicut plenius dictum est Judicum 8°. David
qui ex fide ad hoc invitatus pugnavit
inermis contra Goliam. Et Samuel qui
propter fidelitatem suam obtinuit prophetie spiritum
et unctionem regum et multa alia. Et aliis
prophetis, scilicet Ysaia, Jeremia et consimilibus. Qui
per fidem vicerunt regna. In quo tanguntur
actus fortitudinis. Operati sunt iustitiam.
In quo tangitur actus iustitie. Isti enim sunt
actus principales inter actus virtutum moralium,
quia conservant commune bonum, ut habetur 5° ethicorum.
Et quia virtutes sunt connexe, ideo per istos
actus intelliguntur actus aliarum virtutum.
Adepti sunt repromissiones. Sed contra hoc
videtur aliud esse quod dictum est supra: Juxta
fidem defuncti sunt non adepti repromis
sionibus. Dicendum quod triplex promissio facta est
antiquis. Una promissio fuit terre sancte, et
hanc non acceperunt Abraham et Ysaac
et Jacob in se, et de hac loquitur apostolus supra
cum dicit non adeptis repromissionibus etc.
Alia est promissio spiritualis, qua promittitur
sanctis vita beata, et hanc nullus accepit
realiter ante Christi adventum. Alia est promissio
singularis, qua promissum cuilibet aliquid
boni particulare, sicut David promissum fuit

regum Ezechie sanitas. et sic de aliis. Et istas promissiones consecuti sunt et de istis loquitur hic Obturaverunt ora leonum hoc habet veritatem de daniele ut danielis 6° et de david ut 1° Regum 17° et de Sampsone ut iudicum 14°. Et in hoc ostenditur victoria sanctorum in malibus brutis.

Extinxerunt impetum ignis hoc patet in tribus pueris positis in camino danielis 3° et de moyse et aaron numeri 16° et 11°. Et in hoc ostenditur victoria sanctorum de rebus inanimatis. Effugerunt aciem gladii i. gladium hostium scilicet gladios acutos hoc frequenter fuerunt Iosue gedeon et david ut in libris Iosue iudicum et Regum. Convaluerunt de infirmitate hoc specialiter patet de ezechia ysaie 38° qui miraculose ex fide sanatus est et de pluribus aliis credendum est. Et loquitur implanti Fortes facti sunt in bello. Castra verterunt exterorum i. alienorum hoc patet de multis et specialiter de Iosue david et machabeis. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Aliqui hic male exponentes dicunt mulieres acceperunt viros suos resuscitatos dicentes quod matrimonium non erat separatum per mortem et ideo tenebantur illos recipere accipere. et hoc est contra apostolum Ro. 7° ubi loquitur de muliere coniugata Si mortuus fuerit vir soluta est mulier a lege viri. Ideo sciendum quod aliqua sunt sacramenta que imprimunt caracterem et talia non reiterantur. Sic resuscitatus non debet iterum rebaptizari quia caracter perpetue manet in anima quia incorruptibilis est. Alia sunt sacramenta que non imprimunt caracterem et talia reiterantur ut de penitentia quia si interrumpatur per peccatum mortale iterum est ipsam reiterari. Matrimonium autem non imprimit caracterem et si solvitur per mortem viri mulier non debet eum admittere si resuscitetur nisi iterum cum eo matrimonium contrahat. Ideo sic debet exponi mulieres i. matres acceperunt de resurrectione mortuos suos i. filios suos resuscitatos.

per fidem et orationem sanctorum prophetarum. Hic patet de muliere Sareptana que ab helia recepit filium suum resuscitatum. Et de muliere sunamite que filium resuscitatum recepit ab heliseo 4° Regum 4°. Alii autem distenti sunt ostenso quod isti patres per fidem fecerunt hic consequenter ostendit quod per fidem sustinuerunt et dividitur in duas partes quia primo ostendit quod passi sunt pro fide 2° quare promissiones sunt eis dilate i. Et hi omnes. prima iterum dividitur in duas quia primo tanguntur mala ab aliis illata 2° mala sua voluntate assumpta i. Circuierunt. Dicit igitur propter fidem unius veri dei Alii distenti sunt i. in tormentis extenti sicut patet 1° Machabeorum et 2° de septem fratribus et de pueris ad ubera matrum suspensis 2° Machabeorum 6°. Non suscipientes redemptionem i. liberationem a presenti pena ut meliorem invenirent resurrectionem in futura gloria. Alii vero ludibria experti sunt ut de Sampsone iudicum 16° et de thobia Thobie 2° et de Iob 29°. Et verbera hoc patet de michea propheta quem percussit sedechias 3° Regum ultimo et de prepositis filiorum israel qui flagellati sunt ab exactoribus pharaonis Exodi 1°. Insuper et vincula et carceres hoc patet de Ieremia 20° et 29°. de michea 3° Regum ultimo. Lapidati sunt hoc patet de Naboth 3° Regum 21° et de zacharia filio ioiade 2° paralipomenon 24°. Secti sunt hoc patet de ysaia qui de precepto regis manasse sectus fuit in serra eo quod reprehendebat eius facinora. et de septem fratribus machabeis qui secti sunt in manibus et in aliis corporis partibus ut 2° Machabeorum 7°. Temptati sunt ut ad ydolatriam inclinarentur sicut patet de mathathia et filiis eius 1° Machabeorum 2° et 2° Machabeorum 6° et de septem fratribus ibidem septimo. In occisione gladii mortui sunt quia nolentes consentire ydolatrie gladio sunt percussi ut 2° Machabeorum 4° et 6°. Circuierunt in melotis hic consequenter ostendit sua que passi sunt propter fidem in mala voluntate assumpta et reducitur ad tria scilicet ad exteriorem cultum et quantum ad hoc dicit Circuierunt in melotis i. melota est vestis facta de pelle taxi que villosa est et deformis et in tali habitu quantum ad aliquid describitur helias 4° Regum 1°.

et Johes bap^ta m^t 3°. 2° redimit ad paupem
statum et q^tum ad hoc dicit egentes. qd spualit
patet in helya qui in deserto pastus est a
corvo et mlre vidua 3° R. 17. angustiati
hoc pz de david fugiente saul 1° R. 21° et
inde usque ad finem libri et de absalon 2° R.
